et anchiſe et adonide ad mandra
goram p̄rexit ⁊ eam ſuppliciter ex
orauit dicens · Optima fructifera
aſpice in me ⁊ ne deſpicias preces
meas · concede mihi paululū edere
de te vt de amatoribus liberos cō
cipere valeam · Sterilis enim ſum
et hoc ſine te minime agere poſſuꝫ
Tantū modo me exaudi ⁊ pete qđ
vis · Cui mādragora · omnium im
pudica · Aer et terra polluta ē a fe
tore luxurie tue · Quāto magis ſi fi
lios luxurioſos germinaueris te
delectabiliter viderent magnam ⁊
multiplicatam · Recede a me q̄ꝫ citi
us poteris ꝙ iam a fetore impudi
cie tue olfacior · ſic eam cū confuſio
ne expulit dicēs Meretrices pro
pulſentur nec cū ipſis fabuletur ·
Quia dicitur eccl' · ix · Colloquium
mulieris imunde quaſi ignis exar
deſcit · Hoc enim vir caſtus agere
debet ſi cupit integritatē ſuā cuſto
dire · Non enim cum mulieribus lo
qui nec aures accōmodare verbis
ſuis debemus ſed eas pro pulſare
ac reprimere · Prout refert Hiero
nimus de quodā martire qui cum
viciſſet multa tormēta poſitus eſt
in orto ſtrato floribus vbi erat me
retrix ſpecioſa que carnes eius at
tractabat · Qui concindens ſibi lin
guam expuit cum ſanguine in fa
ciem eius zelo mūditie ⁊ caſtitatis
Quedam regina francie cum vidiſ
ſet quendam dominū magiſtrum
p̄ceratam nomine prudentem ⁊ ha
bentem pulcerrimas manus voca
uit eum ad ſe et apprehendens euꝫ
per manus dixit · O q̄ꝫ digni iſti di
giti ſunt tangere ac tractare lito
ra regine · Ad hec manus retraxit
porrectas et ait Non domina fiant
hec que dicitis quia ſi digiti mei tā
gerent litora veſtra cum quibus
de cetero edere voluiſſem ſic immū
di eſſent digiti mei a tactu veſtro
ꝙ de cetero abhominarer iꝑōs ad
os cōuertere ·

## De roſario ⁊ perdice
## Dialogus · xxxii ·

Roſarium pulcerri
mū in quodā viridario pul
lulabat plenū roſis odoriferis Ac
cidit autem ꝙ perdix inde tranſitū
habuit · et hoc roſarium intuēs de
roſis illius cōculcauit vnde ad ip
ſum declinauit dicēs · O decus flos
florum concede mihi de roſis tuis
quoniam me recreare paululum
peropto in his odoribus Cui roſa
rium · accede ad me ſoror amantiſ
ſima et accipe de pulcrioribus ad
libitum · Cumqꝫ perdix ad roſariū
aduolaret vt de roſis colligeret

ſpine pedes eius ⁊ tibias pupuge
runt ita ꝙ libenter abſq; roſis redi
it dicēs. Roſe pulcre ſunt et ca
re. ſpine quoq; amare. Roſarium ē
mūdus. roſe inter ſpinas ſūt diui
tie mundane quas ſaluator cōme
morat luca teſtante. Sermo ē ver
bū et ce. Et ibi dicit Gregori⁹ Quiſ
enī mihi vnq̄ crederet ſi ſpinas di
uitias interptari voluiſſem maxie
cum ille pungāt iſte delectēt. ⁊ tū
ſpine ſunt ꝙ cogitationū ſuaꝝ pū
ctionibus mētem lacerant Et cum
vſq; ad peccatū ptrahāt quaſi in
flicto vulnere cruētant. Et vt dicit
bernardus diuitie veſtre vane ſūt
dūm perimūt et ſeruū faciūt. ſecu
ritatē promittūt ⁊ timorem impin
guūt. Vnde prima thimo. vi. Qui
volūt diuites fieri incidūt in tētati
onem et in laqueū diaboli et deſi
deria multa inutilia ⁊ nociua que
mergūt hominē in interitū ⁊ in p
ditionē. Sic refert hieronimus de
crete thebano phō. qui electo ma
gno auri pondere in mare proiecit
dicens. Abite male cupiditates in
profundū. ego vos mergā ne ipſe
mergar a vobis. Cui ſimile exēplū
ponit Gregorius de quodaꝫ phō
qui magnū pondus auri ſecū detu
lit. p viam āt ſecū deliberās et cōſi
derās ſe non poſſe ſimul virtutes
et diuitias poſſidere ꝓiecit a ſe au
rum et dixit o diuitie abite et ſitis
procul a nobis.

## De rāpno ⁊ dāmula dialogus. xxxiiij.

Rampnu⁹ dicit papi
pias ē ſpina alba vel lignuꝫ
ſpinoſum. Rampnus vt dicit Au
guſtinus in gloſa ſup pſalteriū ē
genus ſpinarū denſiſſimū quia in
herba mollis ē ⁊ pulcra ibi tū ſpi
ne ſunt poſtea proceſſure Ad ram
pnū aūt iuit dama id eſt capra ſil
ueſtris dum eſſet in herba mollis
et pulcra et ex eo ſe pauit dulciter
cum ſapore. Poſt vero aliquos di
es recordata dama saporis rāpni
reuerſa eſt ad ipſum volens come
dere vt prius. Sed iā indurate ſpi
ne plurime manebant in ea quas
cum dama morderet in gutture ⁊
palato ipſius infixe ſunt eamq; to
tam cruciauerunt. Dama autem p̄
anguſtia et dolore tormentata ma
ledixit illi dicens. Bene miſer in
cepiſti ſed nūc male profuiſti. Ita
multi faciunt qui bonum inchoāt
in principio ſed in fine male pro
ficiunt propter quod maledictio
nem ſuper ſe inducunt. Sicut dicit
hieronimus Non queritur in chri
ſtiano iniciū ſed finis. paulus ma
le incepit ſed bene finiuit Interdū
laudantur exordia ſed finis p̄uari
cationis dānatur. Vnde iſidorus.
finis ſemp in vita hoīs querend⁹
eſt. ꝙ deus non reſpicit quales an
te fuerimus ſed quales circa fineꝫ
vite extiterimus. Et ciprian⁹. Et fi
ne ſuo vnuſquiſq; aut iuſtificabit
aut cōdēnabit. Quidā miles volēs
intrare religionē ⁊ attēdens crimi
na ⁊ pericula q̄ faciebat cū lingua
miſit q̄ndā vaſallū ſuū ad abbatē
vt dicēt ei ꝓpoſitū ſuū ⁊ ꝙ eāt mu

nis: paratus p oīa obedire· qui re
ceptus credebatur mutus et cum
multū profeciſſet duxit eum ſecū
abbas ad quedā aliū militē in ex
tremis laborantē· quem videns in
exitu mirabiliter a demonib⁹ ꝑtra
hi fleuit multū· At illis recedētib⁹
occurrit eis q̄dā miles promittēs
abbati ꝙ expeditis factis ſuis q̄ꝙ
citius religionē intraret· Et prece
dens eis de quodā ponte cecidit in
aquā ⁊ ſubmerſus ē cuius animā
vidit dict⁹ miles in ſpē monachi
in celū ab angelis deferri ꝓpter qđ
gaudebat vehemēter ridēs· Et ad
iurauit eū abbas in virtute obedi
entie ꝙ ſi poſſet loqui· diceret q̄re
riſiſſet· Qui ait· Male feciſti contra
meū ꝓpoſitū faciēs me loqui ⁊ nar
rauit ei q̄ viderat· Cū āt abbas ſe
corā eo proſtrauiſſet ille eū erigēs
rogauit ſe includi vt ſuū ꝓpoſitū
ſeruaret.

## De mirto ⁊ muliere dialogus· xxxiiii·

Mirtus dicit iſidorus ethi· xvij· arbor quedā
ē a mari dicta eo ꝙ magis litorea
arbor ſit· Hinc ē ꝙ a medicis mi
rene dicitur in medicorum libris·
Hāc arborem aptam ſcribūt muli
eribus in neceſſitatibus plurimis
Vnde quedā mulier īfirma extitit
que in medicis vt medicinis ſua
cūcta bona conſūpſit nec reperire
remediū valuit· Vltimo vero ad
mare perexit et ī litore reperit mir
tū· Cui ſupplicans dixit· O arbor in
clita miſerere mei ⁊ cōcede mihi in
felici ramuſculū ex te vt curem vul
nera mea· Cui mirtus· Si de meo ti
bi dedero quale precium a te habe
bo? Ad quā mulier Aurū ⁊ argē
tum nō eſt m̄ ꝙ cuncta mea bona
conſūpſi in infirmitate Sꝫ deo pro
mitto ⁊ tibi ꝙ ſemꝑ in orōnibus
meis memoriā tui faciā ac de bonis
que deus dederit mihi partē cōfe
ram· Cui mirtus: optimū precium
mihi dabis ſi preces ⁊ orōnes ad
dn̄m pro me effundē procurabis.
Idcirco aſcēde ſuꝑ me ⁊ accipe q̄c
q̄d vis tantūmō promiſſa cuſtodi
as ⁊ addidit· Illi nos tenemur
dare q̄ pro nobis vult orarē· Ita ⁊
nos bn̄facere debem⁹ ſeruitoribus
xp̄i vt pro nobis orōnes et p̄ces
ad dn̄m effundāt· Quia orōnes ſcē
impetrāt quod voluit vt dicit glo·
Oratio velut quoddā ſcutū ab ira
dei protegit· Vn̄ origenes· Plus
valet vn⁹ ſanctus orando q̄ꝙ multi
pctōres preliādo· Prout legitur ī
exod· xvij· Moyſes eo tp̄e quo erāt
in deſerto cū filijs iſrl̄· q̄dā rex dic
tus amalech pugnauit cū eo ⁊ cū
videret ſe ſuperari ab inimico ſuo
cucurrit ad orōem ſuā et eleuatis
oculis ī celū orabat et ſic vincebat
ꝓpl's ſuus· Et cū deponēt man⁹ vin
cebat inimicus ſu⁹· Man⁹ āt moy
ſi erāt graues ⁊ nō poterat eas in
altū diu tenē· vn̄ dr̄ ꝙ duo viri aa
ron ⁊ hur iuerunt vn⁹ ad brachiū
dextrū· ali⁹ ad ſiniſtrū moyſi tenen
tes man⁹ eius in altū donec ei⁹ ini
micus in fugā cōuerteret· Vn̄ q̄dā
oratio etiam in bello corporali tri

umphat· Legitur in hiſtorijs trāſ
marinis ꝙ cum godfridus de bo
lone et ſui dn̄i fuiſſent in obſidio
ne anthiochie· et carbara p̄nceps
milicie regis pſarum cū multitudi
ne turchoꝝ ⁊ ſaracenoꝝ eos circū
daſſent· afflicti ſunt fame et ſiti ꝙ
nō habebant quid comederent· eq̄
autem eoꝝ comedebāt cortices ar
borum· Ubi autem cum oraſſent et
exiuiſſent contra ſaracenos quaſi
morituri· miſit deus ſuper eos et
equos eorū rorem celeſtem cuius
dulcedine ipſi et equi eoꝝ ita refec
ti ſunt p triduū et fortificati ꝙ in
uentos ſaracenos ſupauerūt ⁊ fu
gauerūt eos ⁊ bona eorum diripu
erunt·

## De cedro libani dia logus triceſimusquintus

Cedrus quedā in li
bano plantata eminens ⁊
excelſa ſup omnes apparebat· ita
multi aſcendebāt in montē videre
eā de qua viſione letificati cedrum
multipliciter cōmendabant· Ea ꝓp
ter cedrus ſublimari cepit dicens
intra ſe· A cunctis nimiū laudata
ſum ꝓpter quod ſum laudāda· Sꝫ
puto ꝙ ſi virgulta et arbuſtula q̄
circa me ſunt ⁊ vireſcunt ⁊ creſcūt
preciſa et eradicata fuerint maxia
apparebo· Jdcirco tutius eſt ante
ꝙ̄ eleuēter humiliare ac mutilare
ipſa ne gloriam et honorem meū
auferant· Et hoc dicēs cuncta vir
gulta ⁊ arbuſtula que circa ſe pul
lulabāt precidit et eradicauit pro
quo denudata apparebat· Nō poſt
multos dies chorus de libano fla
uit et cedrus ſupba euulſa ⁊ extir
pata et curuata eſt dicēs Nihil
ſūt ſupiores ſi nō poſſidēt minores
ſed mlti hoc credere negligūt imo
ſoli magni cupiūt apparere ac mi
nores extirpare· Prout dicitur p
ſimilitudinem ꝙ oliua et cāna liti
gabant ſimul· Et dixit oliua cāne
tu miſera es et inutilis ego vero
oleū miniſtro ſeruituti hominum·
Cui cāna· Cito videbis cuius vtilita
tis ſū Et repente magno agitata vē
to vtraqꝫ pte flectebatur· ⁊ nihil
mali paſſa ē· Tūc dixit cāna oliue·
Plus valet debil cum vtilitate
ꝙ̄ fortis cū ſupbia· Puer enī cum
naſcitur exēplū nobis dat humili
tatis ꝙ more beſtiaꝝ curuus ⁊ qua
ſi cū quatuor pedibus naſcitur ad
viuendū· qui cōpatus ē beſtijs et
ſimilis factus ē illis· Naſcitur enī
flendo et nō ridēdo vt dr̄ ſapientie·
vij· Primā vocē omniū emiſi plo
rans Auguſtinus de ciuitate dei· Pu
er q̄ naſcit̄ a ploratu icipit neſciēs
quid mali ſit paſſurus · Solus zo
raſtes riſiſſe fertur ⁊ tn̄ iſte riſus
parū ſibi profuit· fuit enī inuētor
artiū magicaꝝ· Et cū eſſet rex bri
tannoꝝ a nino rege aſſirioꝝ inter
fectus ē· Johēs eciā dicit ꝙ dn̄s fle
uit qn̄ lazaꝝ ſuſcitauit ex eo ꝙ ami
cū cariſſimū ꝓpter alios ſaluādos
ad hoſtilē vitam reuocare cogeba
tur· Vn̄ eciā apud multos ē cōſue
tudo vt dicit ſolinus ꝙ qn̄ puer naſ
citur a parentibus ⁊ ꝓpinq̄s deflet·
Qn̄ vero quis morit̄ ad tumulum
cum tripudio deportatur·

## De duabus arbori bus dialogus·xxxvi

Arbores due in ca cumine vno ſimul pullula bant·tn̄ vna pulcerrima in ſitu et folijs et fructibus· Alia vero defor mis in omnibus erat· Ad arboēs iſtas multi cōuenerūt· qui vidētes tantam diſſimilitudinem in arbo ribus illis dixerūt· Juſtum eſt enī illam turpiſſimam arborem preci dere que tantum deturpat decorem alterius· Cumq; precidere voluiſ ſent arbor illa locuta eſt eis dicēs O prudētes viri· ſcriptū eſt in lege leuitici·xix Juſte iudica proximo tuo Cum enī dn̄s pgeret contra zodo mā vt impios iudicaret· ait abra he· gen̄·xviij· Clamor zodomorum multiplicatus eſt· deſcendā et vide bo vtrum clamorem qui venit ad me cōpleuerunt· quaſi dicat: mala hominū non ſemp credite anteq̄ꝫ probetis: inde eſt ꝙ iudex ſoli pec catū notū punire nō poteſt · Vnde dictum eſt Jo·viij· Nemo te condē nabit āte probationē fructuū me orum Quia ait ſaluator mathei·vij A fructib9 eorum cognoſcetis eos Illi autem ſteterūt hoc audientes et de ſapore fructuū eoꝝ tētauerūt Cumq; de pulcrioribus guſtaſſent et ſaporem in eis minime reperi rent maledixerunt eis ac de turpio ribus edebant Cum autem ſaporē delicatum inuenirent et pacatum odorem deum et fructus collauda uerūt dicentes. Eſt ſcientia pro bāre anteq̄ꝫ ſentētiarē· Quia vt di cit iſidorus· Nullum condēnes ante iudicium: ante proba et ſic iudica Ante ergo probare debes q̄ꝫ ſentē tiare· Et Gregorius· Qui iniuſtū dā nat· non morientem mortificat· Et qui reum ſupplicio conatur exolue re non victurum nititur viuiſicare Nunq̄ꝫ iudex aliquam ſententiam in ira et ſine examinatione ferrē de bet· Quia dicitur prouerbio·xxvij· Ira non habet miſericordiam· Vn de refert valerius libro ſexto· capi tulo ſecundo ꝙ cum philippus rex vino temulentus eſſet ſiniſtram ſē tentiam contra quandam viduaꝫ protulit· Que ad ipſum accedens dixit ſe appellare a philippo ebrio ad philippum ſobrium· Qui cum vinum digeſſiſſet ſētentiam reuo cauit Similiter fertur de peccatrice muliē q̄ iudicata crudelitate ptho lomei ſapiētiſſimi regis egipti· im pauida appellauit ad benignitatē dicti regis· qui poſtea conſiderans reuocauit ſententiam dicēdo ꝙ e9 benignitas et māſuetudo pietatis ex ipſo iure debeat precedere crude litatem·

## De delphino ⁊ āquil la dialogus·xxxvii·

Delphin9 piſcis eſt de quo dicit iſidorus libro ethi·xij· delphini certū habent ꝙ voces hominū ſequātur vel ad ſim phoniam gregatim cōueniant· Ni hil in mari velocius iſt's· Nā ple rumq; ſalientes naues trāſuolant

Quando āt preludūt in fluctibus
et vndarum ſe motibus ſaltu pre
cipiti ferūt· tempeſtates ſignifica
re videntur· Vbi ꝓprie ſimones no
minātur· Eſt etiā delphinū genus
in nilo· dorſo ferrato q̄ cocodrillos
tenera ventrū ſecantes interimūt
Delphinus autē quidā cū in mari
nis fluctibus inueniret anguillā
eam occupauit· Vnde ipſam pſeq̄
inchoauit Sepe enī eam apprehēde
bat ſed ꝓpter lubricitatem anguil
le retinere nō valebat de quo plu
rimū triſtabatur Anguilla autem
volens ſibi illudere ab ipſoq; eua
dere callide locuta ē ei dicens· O del
phine mirabilis· doleo de te ꝙ ni
miū fatigaris ⁊ triſtaris poſt me
natando· Sed inuanū laboras· nō
enī in profundo aquarū me imper
petuū capies· ſed pge mecum ad
paludem ⁊ in ſicco: ⁊ ad libitū me
habebis Delphinus aūt inſipiēs
propter furiam ⁊ guloſitatē ſuam
poſt illam natare cepit· volens eā
omnino delere· Anguilla vero duꝫ
ad paludes eū duxiſſet in ſiccum
aſcendit dicens· Aſcende ad me ꝗꝛ
a radicibus herbarum retineboꝛ ⁊
tu de me ſatiaberis· Delphinus āt
ſaltū dedit vt anguillā raperet· Sꝫ
ipſa ſub terra latuit et delphinus
in ſicco pmanſit· Inter hec quidā
piſcatoꝛ aduenit et delphinū trāſ
uibrauit dicens· Qui cū inimico
vadit non eſt mirū ſi tūc cadit Er
go caue tuū inimicū humileꝫ ⁊ no
li credere ei ſed ab ipſo caueas ne
te decipiat· Ait enī ſeneca· Inimicū
humileꝫ doctū eſt metuere· Narra
tur enīꝫ in morali dogmate philo
ſophoꝝ ꝙ perſes rex medoꝝ indi
xit bellum cōtra grecos: collegitq;
innumerabilem exercitū Propter
quod dicebat illi vnus de ſuis· gre
ci nō expectabūt tuū magnū exer
citum ſed ad primā famā aduen
tus tui terga monſtrabūt· Ali9 di
cebat· timendū eſſe ne vrbes deſer
tas et vacuas inueniret rex ⁊ ideo
virtutem exercitus ſui non poſſet
oſtendere Alius dicebat· anguſta
clauſib9 eſſe maria militib9 caſtra
peditibus campeſtria celūq; ſagit
tis medorum Dum in hunc modū
regē concitarent nimia ſui eſtima
cōe et inimicos ſpernerent· dicit da
macus philoſophus· Multitudo
iſta q̄ tibi placet tibi ē metuēda·
Verum eſt enim multitudinē ma
ximam populi nūꝙ̄ poſſe regi· nec
diu poteſt durare quod regi non
poteſt· nihil tam magnū quod pe
rire non poſſit Contigit autem qđ
predixit damacus q̄ ⁊ ille tam grā
dis exercitus propter ſui ſecurita
tem ac defectum prouidentie et re
giminis fuit deuictus a paucis ſa
pienter ordinatis et cautis·

## De ſyrene ⁊ lubrico dialogus· xxxviii·

Siren ē monſtrū
maris quia ab vmbilico de
ſup ē vt pulcerrima virgo inferi9
aūt piſcis tota hec ē ſyrena q̄ dulciter
cātat ꝙ ꝓpē dulcedinē cātus illius

naute gubernacula relinquunt et obdormiūt· ea ꝓpter multi pericli tantur· Quidā aūt impudicus ⁊ lu xuriosus nauigās ꝑ mare intuit⁹ eſt ſirenē pulcerrimā qui ſtatī pi ſam cōcupiēs ad luxuriā ꝓclama uit· Syren aūt magis dulciter cla mabat et cantabat· ſe quoq; para bat vt hūc lubricū deciperet· et ait· Vt intueor me diligis· Sed ſi vis meū concūbere deſcēde in fluctib⁹ et ad libitū corpe meo perfrueris Erat enī hic ita a luxuria inflāma tus ꝙ quaſi nil de ſe ſentiebat· Jd circo miſit ſe in marinis vndis vt cū ipſa cubaret· At illa hoc intuēs ipſum in vndis reliquit piclitare ꝑ mareq; natauit vt ſolebat dicēs

Vir qui mulieri credit laqueū ſibi tendit· Caueant ergo impudi ci ne ꝓpter ſpeciē mulieꝝ ſimiliter pereant· quia ꝓpter ſpeciē mulieris multi perierūt· eccl'i· ix· Vnde conſu lens ipſe dicit ibidem· Virginē ne cōcupiſces ne forte ſcandalizeris ī decore illius· hoc enī piculū cōſide rās Job· xxxi· dicebat· pepegi fed⁹ cū oculis meis vt ne cogitarem de virgīe· propter quod dicit Bern· Vultus mulieris ſagitta venena ta eſt· vulnerat animā ⁊ mittit ve nenū· Vnde cū paris helenā duxiſ ſet vxorē phi quidā ad eā vidēdā ꝑgentes ⁊ eius pulcritudinē vidē tes operuerūt oculos dicentes· Fu giamus fugiamus· Sic enī natura liter magis nocet anime reſpicere mulierem pulcram q̄ fedam Pro ut refert quidā ꝙ democritus phi loſophus ſibi oculos eruit· ⁊ hu ius cauſa triplex ab alijs phis aſ ſignatur Prima ꝙ viſus ipſum a meditationibus interioribus im pediebat Secūda quia malos flo rere nimis impatienter videbat· Tertia quia mulieres ſine cōcupiſ centia videre non poterat·

## De vēto marino gu loſo valde dial'· xxxix

Ventus marinus eſt belua maris que in aq̄s ⁊ in terris cibū ſibi q̄rit Et ī vndis mergitur vt piſcis· in litore q; per git vt fera· Quidā āt ex his cū iue niebat cibū aquoſū in terris eum edebat ne a beluis marinis raperē tur ſibi· Dū vero cibū terrenū capi ebat in aquis eū manducabat ne a feris ſibi raperet· Sic enī ſemper faciēs nulli petēti largiebat ꝓpter qd omnibus odioſus erat in terra Tps afflictōnis· i· ſenectutis aduē nit ⁊ ipſe ſenex ⁊ īpotens effectus eſt ita ꝙ nec multū natare ꝑ mare nec ire ꝑ humū valebat· Quapro pter egen⁹ ⁊ famelicus factus ele moſinā petebat· ſed ꝙ de ſuo nūq̄ vlli dedeāt null⁹ de ſuo aliq̄d ei por rigebat dicēs· Lucere d; amare q̄ de ſuo nō vult dare· Sic enī m'lti ꝓpter auaritiā ⁊ guloſitatē de ſuo petētibus largiri nequeūt timētes ſibi deficere neceſſaria· S; ſicut di cit gregori⁹· Terrene ſubſtātie ꝑ hoc ꝙ paupib⁹ diſtribuūtur mu tiplicantur Et idem Qui elemoſinā tribuit pl⁹ accipit q̄ impēdit pro uerbio· xxviij· Qui dat pauperi nō

indigebit· Qui deſpicit deprecan
tem ſuſtinebit penuriam· Cum q̄
dam predicaret apud ſanctum vi
ctorem queſierūt monachi quare
ſic eēnt pauperiores et magis gra
uati debitis q̄ꝫ conſueuerant cum
tamē parcius viuerent ꝛ maiores
perciperent redditus· Quibus ille
reſpondit· ꝙ verum procuratorem
habebant in domo qui omnia eis
neceſſaria procurauerat· Sed q̄a
cum quodam ſuo ſocō de abbatia
iniuſte expulſo exierāt de cetero nō
rediturus niſi ille reuocaretur Hic
autem erat date et dabitur vobis
qui receſſerat expulſus· Sed ſi ſer
uarent hoſpitalitatem ſolitam pri
or rediret et redderet habundam
tiam dicente deo: date et dabitur
vobis· Luce ſexto·

## De quinq̄ꝫ dentalibꝰ ꝛ piſcatore dialogꝰ· xl·

Dentales quinq̄ꝫ iu
uenes pingues et virtuoſi
in marinis fluctibus fluctuabant
Sed quidā piſcator inde tranſiens
et ipſos cernens rethia ſua tēdit
et parauit vt ipſos caperet· Denta
les hoc intuentes dixerūt· Bonuꝫ
eſt ſimilis pro viribus natare ꝛ re
thia illa dirumpere vt nunq̄ꝫ piſ
ces decipiant fortes enim ſumus
et hoc agere valenter poſſumus·
Quidam rubꝰ antiquus ꝛ ſapiēs
in profūdo quieſcebat ꝛ hec audi
ens ſurrexit· et ad eos perrexit di
cens· filioli ſtulticia eſt ea que co
gitaſtis· Conſulo vobis ſi ſaluteꝫ
cupitis· retia euitate· alioquin vos
in retijs et laques conſtricti cōdo
lebitis· Dētales vero qui iuuenes
erant de ſe confidentes conſiliuꝫ ſe
nioris ſpreuerunt· ꝛ ſimul pro viri
bus natauerūt ac in rethibus ſe
rebātur cupientes retia dirumpe
re· Retia autem ſe mollificantium
ictum eorum minime receperunt·
Ipſi poſtmodum capti complan
gentes lamentabantur dicentes·
Bonū credere maiori eſt ꝛ ſapi
entiori· Ergo conſiliū do cuilibet ꝙ
attendat ad ſapientum et ſeniorꝫ
conſiliū nō ad ſtultorum ꝛ iuuenū
Stulti enim ſtulta diligunt et ſua
conſilia ad ſtulticiam trahunt· Iu
uenes enim maturum ſenſum nō
habent et iuuenilia diligūt et eis
inherent· Sicut dicit iob· xij· In an
tiquis eſt ſapientia et in longo tē
pore prudentia· Vnde precipitur
eccle· Non te pretereat narratio ſe
niorum· ipſi enim didicerūt a pa
tribus ſuis· Vt eniꝫ ait tullius de
ſenectute· Non viribus aut veloci
tatibus aut ferocitate corpis res
magne gerūtur ſed conſilio ꝛ ma
turitate et ſcientia· Dantes ei conſi
lia plus agūt q̄ꝫ alij ꝛ ſimiles ſunt
gubernātibus in naui· Vnde phi
loſophꝰ plus valuerūt conſilia in
bellis q̄ꝫ princeps in armis vt di
citur prouerbiorꝫ· xxiiij· Cum diſpo
ſitione initur bellum· et erit ſalus
vbi multa conſilia· Et propter hoc
alexander obtinuit victoriam q̄a
conſilio gubernauit exercitum· Vt
eniꝫ ait trogus pompeius li· tertio
Alexāder cū ad periculoſum bellū

eligeret exercitum non iuuenes ro
buſtos·ſed veterãnos qui cũ pre
patruoqꝫ militauerũt elegit vt nõ
tam milites q̃ꝫ magiſtros militie
putaret milites quoqꝫ nõ niſi ſexa
genarios duxit·Econtrario fuit de
exercitu darij·ideo ille victor hic ve
ro victus·

## De lucio et baſiliſco dialogus·xli·

Lupus marinꝰ id
eſt lucius habet in maxilla
dextera ſpinã ad modũ crucis·⁊ ſi
diligenter ꝑſcrutatus fueris inue
nies eã·Tolle ipſam ⁊ in panno
lineo inuoluẽ et porta tecum ⁊ nõ
captiuaberis ⁊ ſi captus fueris nõ
teneberis·hoc eni dicitur ſepe exp
tũ Baſiliſcus grece latine dicit re
gulus eo ꝙ ſit vt dicit iſidorus rex
ſerpentum Ipſum enĩ videtes fugi
unt et timẽt etiam ipſi ſerpentes·
olfactu enĩ ſuo ipſos necat·flatu ⁊
etiã aſpectu interimit omne viuũ·
Ad eius ſiquidem aſpectum nulla
auis illeſa tranſit ⁊ q̃uis procul
fuerit eius ore cõbuſta deuoratur
A muſtelis tñ vincitur quas homi
nes ad cauernas deferũt in q̃bus
reguli delitescunt·Nihil enĩ ſine re
medio ille parens omniũ dereliq̃t
Vnde viſa muſtela baſiliſcus fu
git quẽ ipſa ꝑſequitur et occidit·
Eſt ãt in longitudine ſemipedalis
albis maculis lineatus·reguli enĩ
ſũt ſcorpiones arentia queqꝫ ſectã
tes·et poſtq̃ ad aquam ꝑueniũt
idrophobos ⁊ limphaticos faciũt
Intoxicant enĩ ipſas aquas ⁊ mor
tiferas reddũt eas·Vocatur quo
qꝫ regulus a multis ſibilus·naꝫ ſi
bilo occidit ãteq̃ mordeat ſiue pũ
gat Hucuſqꝫ iſi·li·xij·c·iiij·Pli·au
tem libro·viij·ca·xxij·dicit ſic apd
inquit heſperios ethiopes fons eſt
q̃ a mltis eſtimatur caput nili·iux
ta quẽ eſt quedã fera que cacoble
phas appellatur·corpeꝰ quidẽ mo
dica omnibus membris iners·ꝑ
graue caput gerens·⁊ ſemper ha
bet deiectum ſup terram·alias inf
fectio eſſet humani generis·ꝙ om
nes qui viderent eius oculos expi
rarent·Eadẽ baſiliſci ſerpentis vis
eſt queqꝫ coronea ꝓuintia gignit
corpus habens i̾ longitudine ma
gnitudineqꝫ·xij·digitorum·candi
dã i capite macula velut diadema
te inſignitur·ſibilo omnes fugat
ſerpentes nec flexu multiplici reli
quũ corpus impellit·ſed celſus ⁊
erectus in medio graditur et ince
dit deſiccat frutices:⁊ herbas exu
rit nõ ſolũ tactu·verum etiam ſibi
lo ⁊ flatu circumadiacentia oĩa de
ſtruit ⁊ corrumpit·Tante etiam ẽ
venenoſitatis et ꝑniciei ꝙ tangen
tes ſe cum haſta longiſſima ſine
mora interficit et conſumit·Hunc
muſtela domat et cõuincit q̃a deo
nature nihil placuit eſſe ſine pari
Mors itaqꝫ baſiliſci morſus ẽ mu
ſtele et tandem mors muſtele dici
tur eſſe fetor baſiliſci·Et hoc quidẽ
verum eſt niſi muſtela paſtu ⁊ fri
catione rute herbe cõtra talem mor
tiferum primitus muniatur·vt di
cit ariſtoteles et etiam auicenna·

Primo igitur muſtela rutam her
bam q̄uis amaram comedit ⁊ ſic
virtute ſucci herbe amare nature
hoſtem intrepida aggreditur ⁊ de
uincit. Et q̄uis baſiliſcus irreme
diabilit̄ ſit venenoſus q̄ diu viuit
in cinerem tamen cōbuſtus vene
ni malitiam pdit cuius cinis opa
tionibus alkimie vtilis creditur
et maxime intranſmutationibus
metallorum. Hic baſiliſcus prexit
ad ripam maris ⁊ in habitu mo
nachorum religioſe vocauit ad ſe
hūc lupum marinū dicens. O fra
ter exquo es tu ſignatus ſigno cru
cis pfectus chriſtianus es. idcir
co accede a me quoniaꝫ a te cupio
doceri chriſti fidem ⁊ baptiſari vt
eternū iudiciū euadere poſſim. ac
eternis gaudijs frui merear. Luci
us autem intuens ⁊ eū agnoſcēs
ait. O ipocrita cuculla nō facit mo
nachum verba tua iniqua ſunt et
doloſa. non vis tu a me baptiſari
ſꝫ cupis me decipere ⁊ toxicare. ideo
non audio te. Et hoc dicens ſub
merſit ſe in vndis et natauit eūqꝫ
cū confuſione reliq̄t dicens Fal
ſus ⁊ ingenioſus eſt ipocrita pom
poſus A talibus enim precipit ſal
uator nos precauere dicēs mathei
x. Cauete ab his q̄ veniūt ad vos
in veſtimētis ouiū. intrinſecus āt
ſunt lupi rapaces. De quibus ait
iſidorus. ipocrite vero ī occulto ma
li ſunt et palam ſe bonos oſ̄dunt
Quibus bene diuina voce dicitur
mathei. xxiij. Ve vobis ipocrite qꝛ
ſimiles facti eſtis ſepulcris dealba
tis que foris quidem apparent ho
minibus ſpecioſa intus vero ſunt
plena oſſibus mortuoꝝ. Ita ⁊ vos
foris apparetis hominibus iuſti in
tus vero pleni eſtis auaritia ⁊ ini
quitate. Legitur qꝛ cum beatus hi
larius iuiſſet ad diſputandum cō
tra hereticos diabolus in ſpecie ſer
uiētis portabat ei cappam ⁊ alias
in multis obſequijs exiſtens ei q̄ſi
cōpatiens rogauit vt minus lim
pharet vinū ꝓpter vie laboreꝫ qđ
cum feciſſet vt purū biberet ei ſua
ſit. deinde vt carnes comederet et
ſic imutata penitentia cum veniſſꝫ
ad quandam villam dixit ibi eſſe
quandam religioſam affectātem
ei loqui. Et habito ad inuicem col
loquio illectus eſt ab ea vir ſanc
tus querebat lapſum. Sed reuelā
te deo et beato martino hoc eē opꝰ
diabolicum ad ipſum venit. ⁊ ſibi
to demonē effugauit detegens eū.
Sicqꝫ deus hilarium ꝑ beatū mar
tinū liberauit

## De ſturione q̄ ad ma re prexit dialogꝰ. xlij

Sturio quidā ma
gnus et famoſus in flumīe
padi qui eſt ī lumbardia moraba
tur quem ꝓpter excellentiam ſuam
et fortitudinem cuncti piſces padi
verebantur. Ipſe vero erectus ait
intra ſe Quid mihi eſt ad piſces tā
viles ſociare et ab ipſis laudem ⁊
honorem recipere. melius eſt vt ꝑ
gam in mare magnū et ſpacioſū;
vbi ſunt reptilia quorum non eſt
numerus et belue magne marine

atq; diuerſe quia ab ipſis ꝓpter
magnificentiam ero ſublimatus
et famoſus inter magnos. Et hoc
dicens de flumine exiuit ⁊ in mare
natauit. Dum autem in mari nata
uit et beluas maximas ⁊ ferociſſi
mas itueretur pertimuit ꝙ plurimū
ꝓpter aſpectum earum. Cupiebat
enim redire neſciens quid ageret
propter furorem beſtiarum. Inte
rea felchus quod animal eſt mari
nū vitulus appellatus ferociſſim⁹
intuens eum dixit. Quare non vere
cundatus es progredi inter mag
nos ſine eorum licentia. Certe non
eris impunitus. Et hoc dicens ſup
eum aſcendit et ipſum ſuffocauit
dicens. Omnes per hūc ſe caſti
gent ne leuare ſe ſatagent. Ergo
cum aliquis eſt in loco ſatis hono
ratus et magnus non ſtudeat ap
parere inter maiores et potentio
res nec ſe cum ipſis ſociare ſtude
at. Quia ait ſeneca. Nō poteſt par
ua res cum magna ſtare. Et idem.
nauis que in flumine magna eſt
in mari paruula eſt Gubernaculū
quod alteri naui magnū eſt alteri
exiguū eſt. Fabula eſt ꝙ cū rana
videret bouem magnū et pinguē
iacentem in paſcuis deſiderauit fie
ri magna vt ipſe Vnde inflauit ſe
dixitq; filijs ſuis ſū ego ne magna
vt bos. Illi autem dixerūt Nō. Ra
na vero magis ſe plus inflauit vt
fieret magna vt bos. et fracta eſt
pellis eius et expirauit. Vnde nul
lus exemplo rane ſe erigat plus ꝙ
deceat vt ſimiliter pereat. Quia di
cit iſidorus. Omnis ſupbia tantū
in imo iacet quantum ſe erigit in
altum. Nam propter ſupbiam an
gelus factus eſt diabolus. Rex āt
ſaul fact⁹ eſt demoniacus. Homo
vero id eſt nabuchodonoſor fact⁹
eſt quaſi vitulus.

## De murenula ⁊ coco drillo dialogus. xliii.

Murenula dicit bri
to. piſcis eſt quidā ſimilis
anguille. Hec cū inueniret filios
cocodrilli que eſt beſtia fluuialis
ſimilis lacerte eos iugulauit et a
biit. Cocodrillus autem dum redi
ret et filios proſtratos cerneret vl
tra ꝙ credi poſſet amaricatus do
luit ac modis omnibus filios vin
dicare peroptauit. Vn̄ loricatus i
cedebat vt murenulam deuoraret
Quadam vero vice inuenit ſerpen
tem crudelem ac venenoſum quē
credens eſſe murenulam ipſum ag
greſſus eſt dicens. Modo maledi
cta euadere non potes. filios meos
ſine cauſa perdidiſti. Nunc te peri
mam et conſumam. Cui anguis.
Caue tibi quia nō ſum murenula.
ſed vipera ſū toxicoſa. Si tu es au
ſus ingredi ad me te cito vene
no inficiam. Et cocodrillus. Nunc
latere mihi non potes. nō es tu an
guis ſed murenula quia factus es
vt illa et ideo te mactabo Dum au
tem ad illam procederet vt eum vi
ta priuaret. Serpens ſe fortificauit
ipſumq; momordit et intoxicauit
dicens. Cum ignoto preliari
nullus debet nec rixari. Cum enim

nullus cū ignoto ſiue deſpecto cer
tamen aſſumat· ꝙ in ꝑſona virtꝰ
non eſt ſed in corde ac ingenio bel
latoris· Goliach deſpexit dauid ꝗ
ab eo interfectus eſt ·primi regū·
xvij· Caue etiam ꝓpter irā ⁊ cupi
ditatem vindicte preliū inire· quia
iratus ſemꝑ putat ſe plus poſſe ſu
per omnes ideo minoratur· Vnde
ſeñ· Semper iratus plus putat ſe
poſſe q̄ poſſit· Et idē· Legē ſolet ob
liuiſci iracundia· Vnde phūs Lex
videt iratū· iratus non videt illam
Eapropter abſcindenda ē ab ani
mo· Quia ſicut dicitur prouerbio·
xxviij· Ira nō habet miſericordiaꝫ
ꝓpter hoc nūq̄ iudex aliquā ſentē
tiam iratus proferre debet· Legit
in cronicis imꝑatorum ꝙ otto pri
mus cum in paſchali ſolennitate
principibus ſuis cōuiuiū preparaſſ;
anteq̄ ſederet cuiuſdam principis
filius more puerili de menſa ſercu
lum accepit· quē dapifer iratus fu
ſte proſtrauit· Quod cernēs peda
gogus pueri turbatus ipſum da
piferum mox ꝑemit· Quē cum ſine
audientia ceſar motus condemna
re vellet ille ceſarem ad terraꝫ deie
cit et ſuffocare cepit· Qui dū de ma
nibus eius vix erutus fuiſſet ipm̄
reſeruari iuſſit ſe culpabilem cla
mās ꝙ feſto debitum honorem nō
detulit vnde ipſum libere abire ꝑ
miſit·

## De lucio et trincha dialogus· xliiij

Piſcator quidam
piſcabatur· Vnde eſcam inhama
tam piſcibus oſtendebat· Lucius
autē ⁊ trincha intuentes eſcam ip
ſam plurimū peroptabant· Sed lu
cius ingenioſus dixit trinche· eſca
hec delicata ⁊ optima apparet· Ta
men puto ꝙ ad piſces decipiendū
ſit poſita· Igitur eam dimittamus
ne propter appetitum gule corrua
mus Trincha quoqꝫ ait· Non eſt
bonum nec expediens morſellū tā
optimū ꝓpter vanum timorem di
mittere prius ego tentabo ipſum
et cum dulcedine epulabor· tu ve
ro preſtolaᷓe euentum rei· Dum au
tem eſcam deglutiret ſenſit inſidi
as hami et cupiebat redire ſed pi
ſcator eam ad ſe traxit· Lucius au
tem fugiens inquit· Nos de ma
lo corrigamur ſocij ne pereamus·
Ita et nos corrigere debemus cum
alieno malo· Sicut ait catho· Ma
lum vicini tui te caſtiget· Et ſeneca
Bonum eſt fugienda aſpicere in a
lieno malo· Idem· Ex vicio alteri
us ſapiens emendat ſuum· Vnde
ille ſapiens eſt qui bene ſcit nego
cia ſua diſponere et per aliorum ex
emplum ſibi precauere a malis·
Prout refert eſopus ꝙ quidam in
duſtrioſe debilitatꝰ erat recūbens
in cauea ſua ad quem veniebant
beſtie vt vitarent eum· et dum ap
propinquarent ad eum rapiebat
et edebat Venit autem ad vltimū
vulpis cauſa viſitacōnis ſtans de
foris ad portam cauee· timebat enī
appropinquare leoni· Cui leo· Ve
ni huc ſoror mea vt grata poſſim
tecum miſcere colloquia· Cui vul
pis· video quidem veſtigia intran

tium ſed redeuntium nulla poſſum videre

## ¶ De regina et idro dialogus·xlv·

Regina eſt piſcis ſquamoſus q̄ in fluminib⁹ capitur·Et dicitur a rego regis q̄ valde ſe bene regit Ad hāc reginā proceſſit idrus qui ē ſerpēs aquoſus hn̄s plura capita ⁊ ait·O regina pulcerrima·es mihi pre oībus dilecta·Idcirco volo me tecū ſociari ac in coniugio matrimoniari·ideo q̄ amicabiliter venio ad te·Cui regina·Hoc enī fieri nō poteſt quia nō conuenit·Scriptum eſt enī eccl·xiij·Omne animal diligit ſimile ſibi·ſic et omīs homo proximū ſibi Omnis caro ad ſimilē ſibi coniūgetur·et oīs homo ſimilis ſibi ſociabitur·Ergo q̄ non es tu de genere meo·nunq̄ tu mecum ſociaberis·Idrus āt deriſus atq̄ deceptus reuertitur dicēs· Sum confuſus ⁊ reiectus ꝓpter quod nunq̄ ero let⁹ Sic quilibet chriſtianus rn̄dere debet diabolo q̄ eſt ſerpens antiqu⁹ callidior cūctis animātib⁹ que ſub celo ſunt geneſis·iij· Recede a me quoniā nō es tu de genere meo·i·de genere electoꝝ·Quia ſicut dicit Jacobi·iiij·Reſiſtite diabolo ⁊ fugiet a vobis·Et apoſtolus·Eſtote ergo fortes in bello ⁊ pugnate cū antiquo ſerpente·Pugnare ergo debemus cōtra eū qui debilis reſiſtentibus eſt·Prout dicit iſidorus In oculis carnaliū diabolus terribilis eſt·In oculis vero electorum terror eius vilis eſt Prout legitur in vitiſpatrum q̄ quidā frater reuerſus ad ſeculū omnibus flagitijs ⁊ luxurijs ſe expoſuit·Et tandē penitens in quodā ſepulcro ſe macerauit·Quē demones tētantes ꝓmittebant ei diuitias ⁊ ſcorta·ad vltimū vero verberauerūt eū vſq̄ ad mortē·Cunq̄ imobilis ⁊ in fletu pmaneret clamauerūt demōes viciſti monache iuſtici·⁊ fugierūt Ille autem cogitans eoꝝ malitiā ⁊ iniquitatē·ꝓpoſuit potius vellē mori q̄ demonibus obedire Et tūc quaſi angelus dei mutatus eſt ad exemplum multoꝝ·

## De carpiōe ⁊ trimallo dialogus·xlvi·

Piſces fluuiales in quadā ſolēnitate poſt couiuiū ſil' ſpaciabant in magna tranquillitate et pace·Sȝ carpio inchoauit feſtū pturbare ſe erigendo et dicēdo ſup oēs dignus ſū ego laudari q̄ caro mea vltra q̄ dici pōt ē aromatizata ⁊ delicata·Nō ego ī foſſis ⁊ paludib⁹ nutrior ſine ſtagnis: ſȝ in lacu magne garde educatus ſū ꝓpter qd debeo inter vos pncipari·Trimallus piſcis eſt nomē hn̄s ex flore·timus enī flos appellatur ⁊ hic piſcis marinus ē vt dicit iſidorus libro ethi·xij·⁊ cum ſit ſpecie gratus ⁊ ſapore iocūdus tū ſicut flos fragrat ⁊ corpe odori

ſpirat· Hic piſcis hoc audiēs indi
gnatus proſiliens ait· Non eſt ita
vt dicis· qꝛ ego vltra te rutilo in o
dore ⁊ ſapoē· Quis poteſt m̄ aſſimi
lari· qui me inuenerit theſaurum
habet· Si tu in lacu garde tantum
mō moraris· ego in ſpacioſis flu
minibus· Sic inter eos lites et cō
tentiones erant· Qua ꝓpter feſtum
in turbatione verſum ē· quoniam
quidā fouebant ꝑtem vnius q̊dā
ꝑtem alterius: ita qꝛ volebāt ſe ſi
mul dilaniare Interea truta piſcis
eſt quidā ſemp motus ad truden
dū· Hec ergo truta qꝛ docta ⁊ anti
qua locuta eſt dicēs· fratres non ē
bonū preliari ꝓpter vanos lauda
tores· Nō eni me laudo cū ſim lau
danda· Quoniā ſcriptum ē· os alie
nū te cōmendet et nō ꝓpriū· qꝛ oīs
laus in proprio ore ſordeſcit· id cir
co melius ē vt iſti qui ſe laudant
vadāt ad iudicē marinū id eſt del
phinū: qui eſt iuſtus iudex ⁊ rect9
timens dn̄m· qui hoc recte termina
bit· Placuit ſermo inter omēs· Et
iſti duo ad delphinū inuicem per
rexerūt hec omnia intimātes ac ꝓ
poſſe ſe collaudantes· Quibus del
phinus· Filioli nunꝗ̄ vos vidi ꝓ
ter quod in fluminibus latitatis:
ego autē in marinis fluctibus ver
ſor· vnde recte hoc terminare mini
me poſſum ſi de vobis prius nō tē
tauero· Et hoc dicens ſaltū dedit ⁊
eos deglutiuit inquiens. Null9
debet ſe laudaē ſup omnes nec ſal
uare· Sic nōnulli ſeipſos ſemp lau
dant et opus ſuū cōmendāt cupi
entes ſe propter vanitatem ⁊ ſup
biam ſup omnes erigere· ſed iuſti
et humiles ſeipſos vilipendūt· Et
vt dicit Gregorius· Tunc opa no
ſtra ꝑ merita creſcunt cum apud
noſmetipſos per humilitatē decreſ
cūt· Vnde Job· xxxi· Si oſculatus
ſum manū meam ore meo que eſt
iniquitas maxima· manū ſuam oſ
culatur qui laudat quod operat·
Ideoqꝫ veritas nos inſtruit dicēs·
Luce· xij· Cum feceritis omnia que
precepta ſunt vobis dicite ſerui in
utiles ſumus quod debuimus face
re fecimus· Fabulatur enim qꝛ vo
lucres inuenerunt nidum ex roſis
et floribus ornatum· Et dixit aqui
la rex auiū qꝛ nidus ille daret aui
nobiliſſime· Et fec̄ vocari volucres
celi ⁊ querebat ab omnibus audi
entib9 que eſſet auis pulcerrima
Reſpondit cuculus Cuculus Et ite
rū querebat aquila que eſſet auis
fortiſſima· Et reſpondit cucul9 ego
Et aquila indignata ait Cucule in
felix ſemp teipſum laudas ⁊ nūꝗ̄
aliū cōmendas· ⁊ tamē nec es pul
cerrimus nec velociſſimus nec for
tiſſimus nec bene cantas ſed ſemp
idem clamas· Et ideo ſententiā dā
nationis do contra te qꝛ nec iſtum
nidum nec aliū vnꝗ̄ habebis· Sic
pleriqꝫ ſemp ſeipſos laudāt ſem
perqꝫ cū cuculo cantant·

## De rana ⁊ cancro dialogus· xlvij·

Rana dū videret
cancrū in ripa fluminis nata
re ait· Quis ē hic tā turpis ⁊ defor

mis qui auſus eſt aquam meã tur
bidare· Ex quo ſum fortis et potẽs
in aquis ⁊ in terris ad ipſum pro
cedam et effugabo· Et hoc dicens
ſaltũ dedit ⁊ cancrũ oppreſſa eſt di
cens· Quare non erubuiſti miſer ĩ
gredi in requiem meã Cũ ſis deſpe
ctus et niger nõ es cõfuſus fedare
aquã lucidam et preclarã · Cãcer
autem vt facit retro trahere cepit
dicẽs· noli ſoror talia dicere ꝙ pa
cem ⁊ amorẽ cupio tecũ habere no
li ergo ingredi ſup me· Rana quo
ꝗ intuẽs eum retroire credidit ꝙ
ꝓpter timorez illius hoc ageret vn
de magis cepit eũ verbis ⁊ actibꝰ
moleſtare dicẽs· Noli retrahere te
turpiſſime quia euadere nõ potes·
hodie carnes tuas piſcibus dabo·
Et hoc dicens ſaltũ dedit volens ip
ſum mactare· Cancer autem vidẽs
ꝙ euadere non poſſet ſe cõuertit et
ranam cum grillis momordit ac
dilaniauit dicens· Debet forti
ter bellare q̃ nõ poteſt euitare · Ita
quilibet pro poſſe ſuo debet fugere
bellum ⁊ queſtionem· Sed ſi omni
no vitare nõ poteſt anteq̃ꝫ permit
tat ſe interfici vel mori pro viribꝰ
pugnet contra impugnatores· A
talibus enĩ petebat pſalmiſta eri
pi et liberari dicẽs pſal'·lviij· Ab ĩ
ſurgentibus in me libera me dñe·
Et poſt orabat tales deleri inquiẽs
pſal'·lxvij· diſſipa gentes q̃ bella
volũt nõ enĩ ſolũmodo pro nobis
pugnare debemus· ſed pro paren
tũ defẽſione ⁊ pro republica ſaluã
da· Prout ponit valeriꝰ li·v·ca·iiij
ꝙ cum darius rex fines ſcitaꝝ iua
ſiſſet et miſerũt ei ſcite ꝙ depopulacõ
nem agroꝝ et vinearũ equanimi
ter tolerarent· Sed ſi ſepulcra pa
rentum tangeret tũc potentiam ſci
tarum ⁊ vires ſentiret quia pro eo
rum defenſione mori ſunt parati·
Et pro republica ſaluanda in tan
tum zelare debemus ꝙ morti nos
exponere decet· Vnde refert valeri
us libro·v·ca·vij· ꝙ cum codrꝰ rex
athenẽſium ab hoſtibus vrgeret·
cepit ab appolline reſponſum ꝙ ex
ercitus ſuus victoriam obtineret ſi
ab hoſtibus ſuis ſe occidi ꝑmitte
ret· Quod reſponſum cũ etiaz hoſti
bus ĩnotuiſſet preceperũt ne quis
codrum tangeret· Tũc ille mutato
habitu ad hoſtes proceſſit ⁊ quen
dam ibi militẽ falſe ꝑcuſſit qui per
cuſſus mox in eũ irruit et continuo
occidit· Cognito vero corpe codri
continuo hoſtes oraculi memores
fugerũt omnia relinquentes·

## De piſcatore et piſci culo dialogus·xlviij·

Piſcator quidã dũ
piſcabatur cepit piſciculuz
quendam ⁊ cum vellet ipſũ iugu
lare vociferatus eſt dicens· O piſca
tor miſerere mei parum de me ha
bebis lucrum ſi me interficias· Sed
ſi me abire permittis promitto tibi
et tibi ꝙ q̃ꝫ plurimum te faciam lu
crari quoniã ad te quotidie reuer
tar cum magna ſocietate piſcium
ac in retibus tuis multos intro
ducam · Cui piſcator quomodo te
cognoſcere potero inter tot piſces·

At ille parū p̄teſcinde mihi de cau
da vt me int̄ alios cognoſcas· Cre
didit ergo piſcator p̄ſcidit illi cau
dam ⁊ dimiſit· piſciculus vero ingr̄
tus ſemper cum piſcabatur homo
eum impediebat ⁊ piſces ab eo ꝓ
pulſabat dicens. patres cauete a
ſeductore illo qui me ſeduxit ⁊ cau
dam meam preſcidit· Sic enim fa
ciet vobis ſi non caueatis: ⁊ ſi mi
hi non credidistis vel operibus cre
dite· Hec autem dicēs oſtendebat
caudam preſciſam piſces vero ab
horrebant ⁊ ab ipſo ꝙ̄ citius fugi
ebant piſcator autem nunꝙ̄ ampli
us piſcabatur propter quod ī pau
pertate degebat· Accidit quoqꝫ ꝙ
piſcator longius poſt piſciculum
illum cum alijs piſcibus cepit ꝓ
ſumqꝫ agnoſcens trucidauit crude
liter dicens· Ille qui manet in
gratus iuſtum eſt ſi ſit mortificatꝰ

Sic enim multi ingrati reddunt
ſemꝑ per mala pro bonis· Quibus
loquitur ꝓue· xvij· Qui reddit ma
la pro bonis non recedet malicia de
domo eius. Hec eſt enim magna
ingratitudo indigna meritoꝝ· De
qua dicit Bernardus· Ingratitudo
inimica eſt anime exterminatio me
ritorum virtutum diſperſio· benefi
ciorum ꝑditio. Ingratitudo inimi
ca eſt anime ventus vrens ſiccans
ſibi fontem pietatis· rorem miſeri
cordie ⁊ fluenta gratie: Contra in
gratos ⁊ non cognoſcentes benefi
cia poteſt referri illud exemplum
illius villani qui quotidie ibat ad
ſiluam cum ſuo aſello quiqꝫ etiam
inuenit quēdam draconem oppreſ
ſum a quadam arbore quem ipſe
liberauit· Draco vero poſtea voluit
interficere aſellum dicens ꝙ omni
a maxima ſeruicia perduntur· Sed
villanus habuit conſilium cū vul
pe que reduxit draconem ad priſti
num locum ⁊ liberauit villanum ⁊
aſinum· Item exemplum girardi
beneoſi qui erat quaſi ſtultus ⁊ ni
hil habebat niſi vnum gnatum id
eſt filium qui videns ōnes euntes
ad imperatorem dona ferentes· ait
intra ſe vadam ⁊ ego ad imperato
rem ei dona ferendo vt decet dominū
meum· Et inuenit primo centaurū
Centaurus ē aīal inferius equꝰ ſu
periꝰ homo· velox in curſu vt equꝰ
deinde vrſum ſuper quem ſedit et
donauit ipſos impatori ex pte do
mini ſui· Cui imperator tranſmiſit
multa dona pſuſqꝫ valde ditauit
deinde gnatus finxit ſe eſſe mortuū
⁊ ꝓbauit patrē ſuū· inuenitqꝫ illū
non curantem de ſe ꝓ quo eū plu
rimū vituperauit· Vnde Gregoriꝰ
non eſt dignus dandis qui non a
git gracias de datis. Et Augꝰ. Qd
deus dederat gratis tulit ingratis.

## De aquila et auibus ⁊ leone cū alijs beſtijs· dialogus· xlix·

AQuila cū auibus
vallata ⁊ caſtrametata in
campeſtribꝰ· cum leone ac beſtijs
preliabatur· Quotidie enim ſimul
conueniebant ad certamē ex vtra
qꝫ parte concurrebant multi· Inter

tera vulpes clam vocauit iecundinē
dicens·modo eſt tempus nos redi
mendi poſſumꝰ enim de principi
bus noſtris videre vindictam qui
nobis dominantur. Agamus ſa
gaciter ꝙ ipſi ſimul prelientur ſe
ꝗ perimant. Hoc iecundo facere cō
ſenſit et ad aquilam cōuolauit eā
ꝗ plurimū magnificauit dicens·
tu es regina auium et imperator ſi
attendere vis conſilijs meis eris e
tiam princeps et dux ferarum. Cō
ſēſit aquila et promiſit conſulta te
nere·iecundo autem rediens ad vul
pem·cum ipſa et cū alijs ordinauit
ꝙ aquila ſimul cum leone dimica
ret·Et quis eorū victor exiſteret
princeps et dux eſſet auiū et feraꝝ
Cū autem i agone cōtenderent ait
aq̄la· O nobilitas leonina ſi bene
ꝓſpexeris ſeducti ſumus a falſis ꝯ
ſiliarijs ipſi peroptāt a noſtro do
minio liberari ꝓpterea nos ad cer
tandum incitauerunt·Certe meliꝰ
eſt vt dominetur quilibet generi
ſuo ꝗ̄ nos p fallaces perimere Hoc
autem credidit et pacificati ſunt ſi
mul dicentes· Sunt iniqui ſedu
ctores falſi conſiliatores. Caueant
ergo principes a talibus ne cito ſe
moueāt ad verba compoſita quia
multi ſeductores reperiuntur· Ait
enī ſeneca Ad rem mouearis et nō
ad verba cōpoſita· Seruare enim
debet ſe quilibet ac precauere ne a
falſis conſiliarijs decipiatur pro
pter qd precipit· ꝓuer·xxxvij· A
conſiliario malo ſerua animam tu
am·Debet enim princeps habere
intelligentiam periculorū circum
ſtancium et ſpecialiter ſeductionē
ipſorum adulancium· Sunt enim
adulatores ſyrene blandis vocibꝫ
ſeducētes. Eſa·xiij Et ſyrene in delu
bris voluptatis A quibꝫ et ſimiles o
portet cauere ac eorū fallacias in
telligere·Vnde ſpeuſippꝰ phūs ne
pos platonis adulanti legitur dix
iſſe adulator nihil ꝓficis cum te
intelligam·

## De aq̄la q̄ citauit oēs volucres dialogꝰ·l·

Aquila citauit ca
pitulum alitum et dū ſimul
manerent et errata corrigeret: ecce
venatores apparuerūt tendentes
rethia et laqueos vt de auibꝰ cape
rent hec intuens aquila et pericu
lum agnoſcens per precones ſuos
condamari fecit vt omnes alites ſe
qui deberent vexillum aquile et ſi
mul cum ea conuolare ſi euadere
cupiunt· Ille vero que obedientes
fuerunt et cum ipſa volauerūt eua
ſerunt Sed fuerūt quedam guloſe
et inobedientes que eſcas intuite
ſunt et eas concupiſcentes in laq̄
os conuolauerunt vnde irretite et il
laqueate miſerabiliter clamauerūt
dicētes Qui nō vult obedire debꝫ
nequit perire· Ergo cauenduz eſt
viciū inobediētie quia inobediētia cō
fert mortē et malediccionē i preſēti
et penā in futuro Vn̄ fuit dictū ade
geneſis·iij· Quia comediſti de li
gno qd tibi p̄ceperā ne comederes
maledicta terra in opere tuo· ſpi
nas et tribulos germinabit ti

bi·dictum fuit etiam ſauli regi pri
mi regū·xv·pro eo ꝙ abieciſti ſer
monē dñi abiecit te dñs ne ſis rex
propter quod dicit Bernardus·
Magnū eſt viciū inobedientie q̃a
angelus celū·adam paradiſum·ſaul
regnū ſalomon perdidit amorē di
uinū·Prout ait valerius lib·ij·po
nens exemplū qualiter patres pu
niebant filios militarem diſcipli
nā non obſeruantes Aurelius enī
filiū ſuū quia nō tenuit ſuū prece
ptum inter pedites fugi coegit qđ
fuit maxime humiliationis·Legi
tur in cronicis romanorum ꝙ cū
iulius ceſar in perdomandis hoſti
bus quinq3 annoꝝ ſpacium ſibi ꝑ
miſſum ꝑtranſiret licet glorioſe tri
umphaſſet honor tamen debitus
ſibi denegatus eſt nec vrbē ingre
di ꝑmiſſus ē eo ꝙ vltra terminū
ſibi prefixum moram contraxiſſet·

## De herodio ⁊ miluo dialogus·li·

Herodius rapaciſ
ſima auis eſt omniū volati
liū maior qui ⁊ aquilam vincit vt
dicit gloſa ſuper illud pſalte·hero
dij domus ⁊c·Herodius ꝑ aerem
ſpaciabatur volans. Sed miluus
poſt ipſum ſibilare cepit eumq3 de
pompare id ē vituperare dicēs· Ex
pecta me nephande quia te totum
decaluabo tu vis ſup omnes volu
cres dominari ſed oēs de te ego vi
dicabo·Herodius autem in aere
volabat nec de vbis fabuloſis cu
rabat·Sed miluꝰ verba reciproca
re inchoauit ꝓpter quod herodius
ira inflāmatus ſup ipſum deſcen
dit et vngulis totū euiſcerauit di
cens· Qui vult infeſtare fortem
perit atq3 querit mortem·Ergo cer
nere poſſumus ꝙ periculū eſt non
modicū contra potentes verboſari
ipſoſq3 infeſtare· Prout dicitur
eccl·viij·Non litiges cū homie po
tēte ne forte incidas manus illius
Vnde refert eſopus ꝙ quidā lu
pus bibebat in flumine ⁊ agnus
quidam ſubtus eum bibebat cum
eo ſimul·leuauitq3 lupus poſt eū
vocem dicens·Turbas tu aquam
potus mei·Cui agnus·domine nō
facio vobis iniuriā neq3 turbo· Et
lupꝰ·mihi damna minaris·neſcis
quid feci patri tuo nondū ſunt ſex
menſes Cui agnus·tanto nūc vixi
tpe·Tūc clamauit lupus·An loq̄
ris furcifer id eſt villane·⁊ac irruit
in eū ⁊ deuorauit·Sic faciūt poten
tes ſeculi minoribꝰ q3 ſine occaſio
ne deuorant eos ⁊ diſperdunt ꝓpte
rea dicit dño nō deficit occaſio·

## De grue que volebat volare ad ſolē dia·lij

Grus erecta vidēs
aq̄lam volare vſ3 ad ſolem
ipſumq3 ꝑſpicē clare·ait itra ſe pul
cra ſū ego ⁊ magna vt aq̄la·volo
euolaē vſ3 ad ſolē ⁊ irreuerberatis
oculꝭ in ipm ꝑſpicere vt aq̄la·po
ſteaq3 magnificata ero vt ipſa Cū
q3 ſe in aſtra erigēt cepit vltra vi
res fatigari nec ad ſolē attīgebat
Nec etiā ꝓpter arrogantiā deſcen

dere cupiebat. ſed vltra ſuum poſſe ſurſum tendere cepit Qua ꝓpter nimiū aggrauata non valens ſe gubernare et ad ſolem volare irremediabiliter corruit dicens. Qui vltra poſſe ſurſum tendit contra velle poſt deſcendit. Sic enī multi ſuꝑbi et elati ſupra omnes conuolare cupiūt. Et qꝛ ſuperbia ſemꝑ caſuꝫ habet cōtra ſuū velle humiliabuntur quoniā qui ſe exaltat humiliabitur Luce. xiiij. Vnde Bernardus Qui ſe exaltat quantū poteſt. deijcietur quantū deꝰ poteſt. Et Auguſtinus. ſi extollis te. deus deijcit te Si tu deijcis te deus eleuat te. Sentētia dei eſt cui nec detrahi poteſt vel addi. Qui ſe exaltat humiliabitur. eccle. dicit ipſa veritas. Prout dicit Leo papa videte fratres magnū miraculū. Altus eſt deꝰ ſi erigis te fugit a te ſi humilias te deſcendit ad te. Refert oroſius libro v. qꝛ valerius imperator octauus poſt neronem propter ſuꝑbiam ⁊ infidelitatem ſuam excitauit ꝑſecutionem in cultoribus chriſti ꝑ totum orbem cupiens delere nomen chriſti ⁊ conculcare. vnde interfici faciebat omnes q̄ inuocabant nomen chriſti Cū aūt pugnaret cum ſapore rege perſarum victus eſt ⁊ captus cum toto exercitu ſuo ⁊ tradidit illum deus in manū ſaporis propter ſuꝑbiam ſuam ⁊ factus ē ei ſeruus oībus diebus quibus vixit. Quotienſcunq; vero ipſe ſapor equū aſcendebat eū proſtratū primo pedibus conculcabat et equū poſtea aſcendebat.

## De ſterla q̄ cepit leporem dialogus. liiij.

Sterla auis ē ſimilis grui magnū enī habet roſtrū et periculoſum. hec cum roſtro cepit leporem. Sed dum eſſet famelica noluit predam comedere dicens volo predam tam excellentiſſimam alijs demonſtraē vt a videntibus ſim magnificata. Cūq; ad cōuentum alitum predam duxiſſet volucres fortiores predā hāc concupiſcentes rapuerunt nec partem aliquam ei reliquerunt. Sterla vero cum merore famelica manens ait Qui vult rem ſuam pādere cupit illam ꝑdere. Sic enim nonnulli vane glorioſi omnia que poſſident alijs volunt oſtendere vt per hoc magis ſint collaudati. Sed vt dicit Gregorius predari deſiderat qui theſaurum publice portat in via. Sunt etiam multi qui cuncta bona que agunt alijs innoteſcere cupiunt. Quibus Auguſtinꝰ loquitur dicens. Occulta quod agis inquantum potes qꝛ ſi ex toto non potes ſit in animo voluntas occultandi. Et gregoriꝰ. Bonum opus ſic fiat in publico vt tamen intentio ſit in occulto. Item. ſub beſtia quam occidit moritur qui de victoria quam facit gloriatur. Refert eſopus qꝛ lupus cepit hedum de capris tenerrimum. Cui dixit hedus. letare et gaude gaudio magno quia talem hedum habes in tua poteſtate Sed āteq̄ comedas

me·precoꝛ te vt cantes ⁊ dū canta
bis ego ſaltabo· Ad hoc lupus ce
pit cantare ⁊ hedus ſaltare: quod
audientes canes impetum fecerūt
in lupum quem inſecuti ad hoc cō
pulerunt vt hedum relinqueret et
hedus fugit· exemplū eſt· ꝙ quili
bet bonis ſuis vtatur ſilentio·

## De ſtrucōe et cirurgi co dialogus· liiii·

Strucio ē auis ma
gna ⁊ potēs pennata ⁊ ala
ta tamen in aſtra eleuare ſe nō po
teſt ꝓpter imbecillitatem alarum
ſuarū· Erat enī ſtrucio quidā ſatis
pulcer ⁊ decorus q̄ alas habebat
fortiſſimas et venuſtas· tamen in
alis pēnas duas baiulabat retoꝛ
tas de quibus plurimū triſtabat̄
Quaꝓpter ad cirurgicū perrexit di
cens· ſatis egregius ſū ⁊ venuſtꝰ
ſed pennas iſtas retoꝛtas volo ꝙ
amputes mihi quoniā aliquantu
lum me deturpant· Cirurgicus āt
pennas retoꝛtas illi amputauit et
cū tali vngēto ei alas vnxit ꝙ alie
penne alarū ceciderūt· ꝓpter quod
ſemp impotēs fuit ad volandum·
Strucio vero amaricatus vſqꝫ ad
mortē plorauit dicēs· Sicut nos
plaſmauit eternus deus· nūq̄ nos
mutemus· Sic enī nōnulli curioſi
et vani dū a cōditore ſuo ſatis ſūt
bene formati nō referūt grām con
ditori imo ſi aliquam maculā ha
berent in corpe ſtudent modis om
nibus eam mederi· de maculis quo
qꝫ anime nihil mederi procurant·
Sed ſicut dicit auguſtinus Nō enī
exteriorem pulcritudinem ē͞quirit
inuiſibilis ſponſus· Ideo dicitur ꝓ
uerbioꝝ· xxxi· Fallax gratia et va
na eſt pulcritudo· De talibus ait
Auguſtinus· Ecce oīa pulcra ſunt
cum hominibus ⁊ ipſi ſunt turpes
Vnde quidā rex fecit cōuiuiū prin
cipibus ſuis· Et cum non eſſet ali
quis angulus in domo eius q̄ nō
eſſet coopertus purpura ⁊ aliis p̄
cioſis affuit quidam phūs· qui cū
vellet expuere expuit i faciē regis·
Et cum miniſtri propter hoc vellēt
eum ducere ad ſuſpendendum non
permiſit rex ſed queſiuit a philo
ſopho q̄re hoc feciſſꝫ· Cui reſpōdit·
vidi alia loca plena argento et au
ro et gemmis et purpuris preci
oſis· Et ideo in barbā regis incraſ
ſatam et ex pinguedine ⁊ cibo im
mundam expui· Non enim vidi lo
cum minus nitidū Quod audiens
rex compunctus eſt et humiliatꝰ
Illi vero qui ſe decorant et ornant
ex auro vel alio ornamento cito ex
poliantur· Prout refert eſopus ꝙ
quedam cornix deformis ⁊ nigra
perrexit ad nuptias· Sed anteq̄
ad nuptias intraret· a qualibet a
ue accepit plumam vnam ⁊ orna
uit ſe· Erat itaqꝫ pulcra valde non
natura ſed arte· Et dum intraret do
mū nuptiarum mirabantur cetere
aues que illic conuenerant pulcri
tudinem illius· Venerūt aūt aues
ille quarum plumas furata erat ⁊
acceperūt ſingule pl'ias ſuas: ⁊ ſic
cornix remāſit nigra ⁊ deformis vt

prius· Accidit pariſius in genera
li proceſſione q̄ quedam ſimia ci
iuſdam dñe tretias alienis crini
bus quas deferebat coram omni
populo abſtraxit ⁊ turpis ac deca
pillata ad modum cornicis depoſi
tis alienis plumis remanſit· Et iu
dicio dei hoc accidit·

## De falcone et gallo Dialogus·lv·

Falconem quidam miles habebat cū quo pluri
mū letabatur· quem ſemp ſup ci
rothecam geſtās ſplendide nutrie
bat· Quadam autē vice miles fal
conem in aerem direxit cupiens ip
ſum ad manū clamare poſt eum ſi
bilabat vt rediret· falco autem de
ſcendere nō volebat in terrā· gall⁹
hoc vidēs ſe ſublimare cepit dicēs
Miſer ego quid facio ſemp turpit
in humo ⁊ luto pico· Nōne ſū pul
cer ⁊ magnus vt falco· certe ſup
cirothecam volabo· et de cibo domi
ni mei epulabor Cumq̄ ad cirothe
cam volaſſet miles ſollicitus de fal
cone gauiſus eſt et gallum cepit
et q̄ citius iugulauit· ⁊ carnē eius
falconi oſtendens ad manū recla
mabat· Et falco hoc vidēs tam deli
catam carnem cupiens ad ipſam
gaudenter ſe declinauit dicens·
Non ē ſenſus ſe leuare in ſtatu
ſuo ſed pauſare· Sic enī homo age
re debet humiliter reſidere in ſtatu
ſuo· nō oculos ad id quod nō decet
tendere propter quod dicitur puer
biorū· xxiij· Prudentie tue pone mo
dum· Altiora te ne queſieris et for
tiora te ne ſcrutatus fueris· Et ſene
ca· Id quere quod inuenire potes
Id diſce quod potes ſcire· Refert e
ſopus quod quidam nobilis ho
mo habebat vnū catulum leui
puū et vnū aſinū Aſinū mittebat
ad molendinū ad grauiora opera
catulus vero cum domino ſuo lu
debat quē de propria ſcutella paſ
cebat· Videns autem aſinus ſe fa
tigari et canem blandicijs foueri
cepit intra ſe cogitare· Iſte catulus
nihil facit niſi q̄ pedib⁹ calcat do
minū ſuum et lingua lambit ⁊ ſic
diligit· volo ⁊ ego ſic agere Et ele
uans pedes anteriores miſit ſuper
humeros domini et ſua voce tona
bat· Dominus autem timens cla
mare cepit et ſeruitores venerunt
cum baculis et fuſtibus et verbe
rauerūt eum vſq̄ ad mortem· At
ille cogitans dixit· Meli⁹ mihi erat
quieſcere q̄ ſic agere q̄ nihil lucra
tus ſum niſi verbera· Vnde in hoc
docemur q̄ homo nō agere debet
quod naturaliter nō poteſt facere
Vn̄ quidam· Nemo audet feliciter
quod natura negat· Imprudēs di
ſplicet vn̄ placere ſtudet·

## De aſture q̄ miſit ad caridriū Dial·lvi·

Aſtur in aere perſe
quebat̄ gruē et ad extremū
deiecit tn̄ grus cum roſtro vſq̄ ad
mortē vulnerauit aſturē· Aſtur āt
ſic vulnerat⁹ miſit ad caridriū nū

cios ⁊ munera dicẽs O medice ani
marum et corporũ deſcende ⁊ cura
vulnera mea quia ad plenuȝ tibi
ſatiſfaciaȝ· Caridrius vero vt dicit
pap̄· eſt auis alba tota cuius inte
riora oculos caligínoſos curāt· Et
ſi viuẽ debet homo appropinquat
ſibi ſi vero mori fugit ab eo· Vnde
cognoſcẽs ꝙ aſtur moriturus erat
ei appropinquare noluít dicens·
Perituros viſitare nolo· ſed cũ
letis ſtare· Multi enim tales reperi
untur amici qui tẽpore proſperita
tis et leticie viſitant amicos tẽpoꝛe
autē calamitatis et miſerie noluit
videre· Eapropter dicit ſeñ· Diffici
le eſt in re proſpera amicos proba
re· in aduerſa facile· Quia dicitur
eccl'· xxxvij· eſt amicus qui ſolo no
mine amicus eſt Et vt dicit iſidoꝛ9
Rari ſunt amici qui vſqꝫ ad finem
cari exiſtāt· Quidam interrogauit
filium ſi amicum haberet fidelem·
Cui ille reſpondit ſe habere tres Et
pater· Frater ⁊ amicus in āguſti
is cõprobatur· Vade ergo ⁊ ꝓba·
Juit ille ⁊ tulit porcũ ac decollauit
et amputauit caput ⁊ pedes miſit
qꝫ in ſacculũ dicens ſingulis ſuoꝝ
triũ amicorũ· Ecce hominẽ quẽ oc
cidi peto vt illũ caute ſepelias ne in
culpa deprehẽdar qui a nullo ami
coꝝ illorum receptus ẽ· Hac enim
de cauſa pater fecit eũ amicos ꝓ
bare ⁊ aliud ſibi exẽplũ narrauit
de duobus ſocijs· quoꝝ vnus con
ceſſit alteri ſponſā ſuā vxorẽ deinde
perexit viſitare parentes ſuos ⁊ in
mari omnia perdidit· Et reuerſus
ad ſociuȝ ſuũ non ẽ auſus ſe mani
feſtare· ſꝫ deſperatus dixit ſe feciſſe
homicidiũ quod non fecit· vt more
retur ipſe pre deſperatione ⁊ cõfu
ſione· Et cognitus a ſocio ꝑ ſignũ
dixit ipſe ſe hominẽ illum occidiſ
ſe vt ſocium liberaret· Tandem ho
micida hoc vidẽs ſe manifeſtauit
ne morerentur iſti inculpabiles·
Narrat valerius libro quarto· ca·
vij· de vera amicitia de duob9 ami
cis ſcilicet amone et phitia quorũ
vnũ cum vellet dyoniſius tyran
nus interficere et ipſe impetraſſet
tempus ab eo vt rediret domũ ad
res ſuas ordinandas· Alter vero
pro reditu ipſius fideiuſſorem ſe fe
cit nihil dubitans de amico Appro
pinquāte autem die diffinita nec
illo redeunte vnuſquiſqꝫ illuȝ teme
rariũ ſponſorem damnabat· Ille
vero de amici conſtātia ſe non me
tuere predicabat· Hora autem cõ
ſtituta alter venit· Admirans aũt
tyrānus eorum animũ ⁊ amicitiā
fidei ſupplicium remiſit ⁊ rogauit
eos vt ſe tertiũ gradum ſodalicij
ſecum reciperent· Si homo ſic facit
pro homine quid facere deberet ꝓ
deo qui ſe permiſit occidi pro homi
ne Vnde eccleſiaſti· xix· Gratiam fi
deiuſſoris tui non obliuiſcaris de
dit enim pro te animam ſuam·

## De oſmerillo ⁊ acci pitre dialogus· lviij·

Osmerillus et ac
cipiter ſociati ſunt ⁊ predaȝ
ſimul diuidebant cum venabant·
Quadam autem vice rapuerunt

quahiam extra nidum· Qualia eſt
auis quedam et dicitur a quatis
vel dicitur qualia a voce quam fa
cit ſcilicet quaquera huic dixerunt
Elige tibi vnũ aut vis ꝙ te ſolam
manducemus· Aut vis nos ꝑdu
cere ad nidum et te cum filijs epu
lemur Quib⁹ qualia ait· Anguſtie
mihi ſunt vndiqꝫ et quid eligam
ignoro· Sed mihi melius eſt ſolã
incidere in manibus veſtris q̃ꝫ cũ
filijs interire· Et anteq̃ꝫ eam iugu
larent locuta eſt dicens· Meli⁹
eſt ſuſtinere malum q̃ꝫ peius habe
re Jta et nos exemplo qualie cũ
pericula euadere nõ poſſumus ſem
ꝑ minus malũ eligendũ ẽ· Juxta
dictum ſapientis de duobus mal̃
minus eligendum eſt· Eligere enĩ
debemus potius mori pro republi
ca q̃ꝫ pro propria viuere vtilitate
Vnde refert Auguſtinus de ciuita
te dei libro p̃mo ꝙ cum marchus
regulus captiuus a cartaginenſi
bus detineret̃ et romani multos
de cartagĩe detinerent iuuenes miſ
ſus eſt dictus regulus romam pro
cõmutatione fienda· Jurat ꝙ redi
ret ſi cõmutatio fieri nõ poſſet· Qui
cum romam veniſſet ſupradicta ſi
eri diſſuaſit eo ꝙ ſenex eſſet et pa
rum viuere poſſet: illi autem iuue
nes multa prelia romanis adhuc
poſſent mouere· Et cum rogaretur
vt ſaltem remaneret nullatenus
adquieuit· Rediens ergo crudeli
morte interijt· Vtile quidẽ rema
nere ſibi fuiſſet· Sed propter iuſiu
randum non fuiſſet honeſtum ⁊ p
pter vtilitatem romanorum non
fuiſſet vtile·

## De carflãcho q̃ volu it ſe regulari Dialo gus· l[redacted] viij

Carflãch⁹ eſt auis
ſimilis falconi potens ⁊ vir
tuoſus hic in iuuentute voluit ſe re
gulari dum virtutibus prefulge
ret Sed timore auſteritatis regule
diſtulit dicẽs· Credo ꝙ nõ potero
ieiunare· ſurgere ad matutinũ · ca
ſtitatẽ tenere ⁊ voluntatẽ ꝓpriã ab
negare· Et ꝙ bonũ non inchoauit
timoꝛe penitẽtie nõ bene media uit
imo male finiuit dicẽs Qui non
bonũ pre timore facit perit cuꝫ me
rore· Sic enĩ multi cupiũt cõuolarẽ
ad grãm dei ſed timẽt carere delici
js mũdi Prouocat quidẽ amoꝛ xp̃i
eos ſed reuocat cupiditas ſeculi·
Tales enĩ ſolent dicere ſeruirem li
benter deo· libenter intrarẽ religio
nẽ· ſed timeo ꝙ nõ poſſem auſteri
tatem regule ſuſtinẽ· Jſti nõ atten
dũt illud apl'i ad philippẽ· iiij· oĩa
poſſum in eo q̃ me cõfortat· Jd eſt
xp̃s Vt dicit berñ· in ſe ſperãtibus
de⁹ ẽ theſaur⁹ in pauptate ſolaciũ
in ſolitudine gl'ia· in ambicõe ho
noꝛ in contẽptu vmbraculũ in ꝑte
rcõe a pluuia ⁊ ab eſtu Fabulatoꝛ
enĩ quidã ait ꝙ falco cepit miluũ
et ſb̃ pedibus ſuis deiecit et cũ vno
pede ipſum conculcabat dicens·
Jnfelix magnus et fortis es tu vt
ego quare te non defendis quia te
conculco et euiſcerare volo · Cui il
le verum dicis quia magn⁹ et foꝛ

tis ſum etiam vltra te. Roſtrū eni
habeo et pedes fortiores ſed mihi
deficit cor. Sic enim mlti multa bo
na agere poſſunt ſ3 deficit ſibi cor
et voluntas faciendi. Quidam ceci
dit in flumine neſciens natare vn
de cepit clamaē. ſancte Georgi ad
iuua me. Sanctus autem Georgi9
affuit eiq3 dixit. Tepide adiuua te
metipſum. moue manus et pedes
et liberaberis. Quia qui ſe iuuat:
iuuatur a deo. Sic enim facere deb3
qui cecidit in peccatum non ſolum
debet a deo veniam poſtulare ore
ſed operari que poteſt vt a pecca
tis reſurgat Refert Auguſtinus i
epiſtola ad Hieronimum ꝙ cum
quidam in puteum cecidiſſet a ali
us ſupueniens quomodo ille ceci
derat interrogaret. ait ne queſo q̄
ras qualiter huc ceciderim ſed in
quire qualiter liberare poſſis me.

## De upupa & papago dialogus. lix.

Upupa quedam a
uis eſt dicit iſidorus ethi.
xij. Vpupam greci appellant eo ꝙ
ſtercora humana conſideret et fe
tenti paſcatur fimo auis ſpurciſſi
ma chriſtis extantibus galeata ſe
per in ſepulcris et humano ſter
core cōmorans cuius ſanguine q̄
ſe vnxerit dormitum pergēs demo
nes ſuffocātes ſe videbit. Hec pro
pter ꝙ eſt pulcra et placide criſta
ta pennisq3 variata ſublimare ſe ce
pit intuens papagū penes regem
morari in cauea deaurata. qui ſplē
dide paſcebatur de cibo regis ait
placida ſum vt papagus tamen
magno labore cibum mihi quero
Iſte autē papagus ſine ſudore ho
norifice manet et ad libitum ſatu
ratur. Certe volo ad regem ire a in
cauea canere a vt papagus epu
lari et gaudere cum domino. Dum
autem ad regem aduolaret et rex
claudens eam in cauea collocaret
cepit plurimū amaricari videns ſe
captam a in libertate alterius Vn
de pre triſticia et dolore parum vi
xit et durauit dicens. Libertati
comparari poteſt nil nec eſtimari
Sic enim multi loquūtur de religi
oſis dicentes. Iſti fratres bene ſe
habent optime ſaturantur. cātant
et ſine magno labore degūt Vnde
cum probare volunt intuentes ſe
ſub regula concluſos a in poteſta
te alterius pemitet eos non haben
tes libertatem propriam. Vnde
philoſophus. Non bene pro to
to libertas venditur auro. Narrat
valeri9 libro. vi. ꝙ litromides no
bilis ſpartanorum cum trecentis
ciuibus pugnauit contra pſem re
gem pſarum pro libertate patrie
et alacri voce exhortatus eſt ſuos
dicens. Sic prandete cōmilitones
mei tanꝗ apud inferos cenaturi
Cui omnes intrepidi paruerūt. Et
cum nō eſſet ſpes euadendi ita eos
animauit ꝙ omnia patiēter ſuſti
nerent potius ꝗ ſeruire perſis a li
bertatem ꝓpriam amittere. Itē re
fert oroſius libro. vi. ꝙ demetri9
rex ponti a armenie cum obſideret
eum filius ſuus nec deſiſtere vellet

ab obſidione cō̄triſtatus ad infe
riora domus ſue deſcendit ⁊ omni
bus vxoribus ſuis et filiabus et
meretricibus venenum dedit ⁊ ip
ſe poſtea pre deſperatione ſumpſit
Sed cum nec ſtatim vitam finiret
cuidam de hoſtibus per murum i
tranti iugulandum ſe exhibuit ā
teq̄ꝫ hoſtibus ſubiaceret ⁊ propri
um arbitrium amitteret. Item re
fert oroſius ꝙ cum quidam obſeſ
ſi fuiſſent a ſcipione affricano ⁊ ro
manis ⁊ vidiſſent ſe non poſſe reſi
ſtere cū̄ caperētur ne de bonis eoꝝ
gauderēt romani clauſerūt portas
ciuitatis ſue. ⁊ ſe ac omnia ſua et
vrbem incendio cremauerunt ante
q̄ꝫ hoſtibus libertatem ſuper ſe tra
derent. Legitur in hiſtorijs ſco
laſticis ꝙ tempore abrahe quidā
rex babilonie nomine belus inua
ſit ſiriam in aliqua parte ⁊ ſtatim
mortuus eſt. Sed vxor eius ſemi ra
mis cupiditate regnandi vt poſſet
regnare. proprio filio nomīe nino
nupſit qui poſt totam ſiriam cepit
⁊ fecit ciuitatem magnam itinere
dierum trium ⁊ ſuo nomine nino
appellata eſt niniue. qui habuit
etiam filium ex propria matre no
mine babilio qui ⁊ babiloniam am
pliauit.

## De gallina ⁊ colūba. dialogꝰ. lx.

Gallina ⁊ columba ſimul nidum fecerunt ⁊ mo
rabantur ſed multotiens rixabā
tur propter quod vnanimis cane
bat altera vero nimium vlulabat
Gallina autem dum proſpiciebat
filios columbe iugulari plurimum
letabatur ⁊ cantabat. Ideo qꝫ colū
ba ſe turbabat dicēs. Tu gallina
non vis condolere mecum cum ꝓ
ſpicis pullos meos iugulari. Galli
na vero contradicebat. Tu magis
non vis cantare mecum cum de vi
ſceribus educo ouum ⁊ a tali peri
culo liberoꝛ. Hac enim de cauſa ſi
mul queſtionabantur. Unde vna
nimiter ad aquilam perrexerunt
dicentes. Iudica inter nos o regina
ſi ſimul nos habitare ⁊ commorari
competit. Aquila vero ſententiam
publice exerauit dicens Leti
ſtent cum liberatis. triſtes cū tri
bulatis. Non enim conueniens eſt
hilares ⁊ iocundos cum hijs qui
in triſticia poſiti ſunt ſpaciari nec
amaricantes ⁊ triſtes cum letabū
dis iocari. Sed ſicut ait apoſtolus
ad rō. xij. Gaudete cum gaudēti
bus. flete cū flentibus. Sꝫ nota ꝙ
nimia leticia aliqn̄ ſbito occidit qꝛ
coꝛ tunc dilatatur ⁊ caloꝛ ad exteri
ora tranſit ⁊ coꝛ deficit ⁊ ideo mors
interuenit. Unde refert valerius.
ꝙ cum cuidam mulieri mors filij
abſētis ex errore fuiſſet nunciata
dum illa merens ſederet filius ad
uenit. Quem illa videns in ample
xus eius irruit et mox exanimata
corruit. Triſticia autem non cito
occidit quia i triſticia primo retra
hitur caloꝛ naturalis ad interioꝛa
⁊ talis agitatio caloris prebet nu
trimentum in membris ⁊ operat
cōſumptionem et ideo per proceſ

ſum temporis ſeq̄tur eccl̄e a puer·
xviij· Spiritus triſtis exiccat oſſa·
Vnde probatur ꝙ leticia mundi ē
ſicut vinū puꝝ quod cito deijcit ni
ſi ſalubri triſticia tēperetur· Juxta
illud eccle·vij Melius eſt ire ad do
mū luctus q̄ȝ ad domū conuiuij· Re
fert tulius ꝙ qn̄ aliqui cōſules ro
mā redibāt victores triplex honoꝛ
fiebat eis· Primus omnis ꝑpl's ſi
bi cū leticia obuiabat Secūdus ꝙ
oēs captiui quos ceperat eius cur
rum iunctis manibus ſequebant̄
Tertius ꝙ ipſe victoꝛ indutus tu
nica iouis in curru ſedebat quem
quatuoꝛ equi albi vſqȝ ad capitoli
um deducebant· Ne vero ſupra ſe
nimis eleuaretur iſtum honorem
tripliciter tempabant· primo q̄a
vnus homo ſeruus alicuius cōdi
tionis ſecum in curru ponebat̄ vt
cuilibet ſpes daretur puenīēdi ad
talem honorem ſi probitas merere
tur· Secūdo ꝙ ille ſeruus cum cola
phis cedebat dicens· Cognoſce te
ipſum· Tertio licebat illa die cuili
bet in ipſum inferre omnia oppro
bria que volebat· Si igitur paga
ni ſic ſuas vanas leticias tēpabāt
multo fortius nos xp̄iani eas rep̄
mere debemus· Quia vt dicit Gre
gorius preſentia gaudia ſequunt̄
perpetua lamenta· ⁊ Auguſtinus·
Leticia ſeculi vanitas eſt· cum ma
gna expectatione ſperatur vt veni
at et cum venerit nō poteſt retineri

## De gallo et capone dialogus ·lxi·

Gallus et capo in
curtino vno morabantur·
ſed gallus dominabatur gallinis
capo autem humiliter cū ipſis pi
cabat· Accidit quoqȝ ꝙ vulpes ce
pit gallum ipſūqȝ comedit· Sȝ cri
ſtam ſiue coronam capitis nō teti
git imo illeſam ſeruauit ⁊ ad capo
nem ipſam deduxit dicens· O capo
frater ſocius tuus migrauit de ſe
culo· ſed ꝑ nimiam caritatem quā
circa te habere cupio coronā pul
cerrimā capitis eius tibi apportaui
Deſcende ad me ⁊ coronabo te et
eris poſtea princeps gallinarum
vt erat ipſe Capo audiens hoc cu
piēs dominari ſup gallinis de pul
lario exiuit ⁊ ad vulpem acceſſit·
Vulpes vero gaudens q̄ȝ cito venit
eum cepit· ac iugulauit dicens

Non eſt omnibus credendum·
ſed a falſis eſt cauendū· A talibus
enī precepit ſaluatoꝛ cauere dicēs
math·x· Cauete ab his q̄ veniūt
ad vos in veſtimētis ouiū Jntrin
ſecus āt ſunt lupi rapaces· put re
fert eſopus de coruo q̄ tenebat pe
tiā carnis in oꝛe ⁊ ſtabat ſuper ar
borem· Quē videns vulpes cogita
uit· O ſi poſſem eū decipere habere
qȝ carnem quā tenet pro quo dixit
Ecce frater corue omniū auiū pul
critudinē excedit tua pulcritudo ⁊
fortitudo tua ceterarū auiū fortitu
dinē ſed doleo ꝙ nō habes vocem
nec potes cantare· Mox coruus cepit
cātare ⁊ cecidit caro de oꝛe eius quā
vulpes accipiens comedit ⁊ abijt
Sic enī multotiēs accidit hōi cū au
dit ſe laudari Vn̄ Hiere·ix· Vnus

quiſq; a proximo ſuo ſe cuſtodiat
et in omni fratre ſuo non habeat
fiduciam. Et plus alijs de te ꝙ tibi
credere noli.

## De faſiano ⁊ pauone dialogus .lxii.

Volucres in diuiſi
one fecerūt electionē et ele
gerūt faſianū et pauonē ipſi vero
ꝑ electionem ſimul queſtionaban
tur et bona ſua diſperdebant. Ea
propter aues ad aquilam cōcur
rerūt dicentes. fecimus nos electō
nem ſed vt iudex da confirmatio
nem vt electi comprobentur. Aqui
la vero electos citauit volens exa
minare electionē. Sed faſianꝰ auis
eſt quedã ab grecia primū aſpor
tatus cuius caro ſuauis ē ad come
dendum. hic ꝙ plurimū ſe magni
ficabat dicēs. O iuſte iudex vt cer
nis nimis ſum delicatus pulcer ⁊
variatus. Caro mea aromatizata
ſuper omnia ſapit et redolet. pro
quo mihi cōuenit ꝑncipatus. Pa
uo autem ſe pro viribꝰ defēdebat
dicens. Non dn̄a eſt ita vt faſianꝰ
aſſerit quoniam pulcrior eo ſum.
magnus ⁊ criſtatus. Cauda mea
mihi ſublimatum reddit honorē.
Et hoc dicens caudam ſurſum ere
xit ſicq; gloriabatur. Aquila vero
hec omnia intelligens ait pauoni
Tu pauo te vituperaſti dum cau
dam ſurſum erexiſti quia turpes pe
des nobis oſtendiſti ob hoc nō es
dignus principari. Deinū ad faſi
anū inquit. tu autem lacbrymoſꝰ
es ac debilis nec cātare ſcis. Ideir
co propter defectum oculorum tu
orum te priuo principatu. Sic enī
vterq; priuati permanſerunt dicē
tes. Non eſt dignus principari
qui querit queſtionari. Hoc enim
vt cernimus ſepiſſime accidit in
electis quomodo propter queſtio
nes electionis vicia ſua homines
timantur propter quod ſepe ſpoli
antur ⁊ diffamantur. Vnde nō eſt
bonū queſtionem agere propter
primatū honoris. Quia dicit Gre
gorius deſiderium primatus ex ia
ctantia cordis naſcitur. Et quicūq;
deſiderauerit primatum in terris ī
ueniet confuſionem in celis. Hoc
enim periculum preſidendi vitan
dum eſt pro viribus. Quia dicit
Grego. Quantum in ſuperiori loco
paſtor eſt. tantum in periculo ma
iori verſatur. Quapropter ātiqui
principes non patiebantur filios
ſuos preſici niſi poſſent proficere
vt narrat elinandus hyſtoriogra
phus de helio. Qui cum de ſenatorē
creatus eſſet imperator ⁊ obſecrā
te ſenatu vt filium ſuū auguſtum
ceſarem ſecum nominaret ait. ſuffi
cere nūquid debet vt ego ipſe inui
tus regnauerim cum nō meruerī.
principatus enim non ſanguini de
betur ſed meritis. Et ſepe inutilis
regno ē qui rex naſcitur procul du
bio parentū affectum neſcit qui ꝑ
uulos ſuos importabili mole ſup
iecta extinguit. Hoc enim eſt ſuffo
care filios nō ꝑ meritis ꝓmouere
Alendi enī ſunt prius ⁊ virtutibꝰ
exercendi vt cū in eis ꝓfecerint v̄l

probentur illos virtutibus antecedere quos debent honore anteire. Implebant enī ope preceptum illud eccle. vij. Noli querere fieri iudex niſi valeas virtute irrūpere iniquitatē. Vnde in policraton libro vi. dicitur ꝙ octauianus cum filij ſui ſufficere poſſent ad gloriā magnam promerendam noluit ſi ſufficienter ſuam ⁊ alienā curam nō poſſent ꝑ virtutez protegere vnde eos ad gradū militarem ad curſū ad ſaltū ad vſum natandi ⁊ iacendi lapides manu vel funda exercitari precepit. Filias vero ſuas in lanificio inſtituit vt ſi ꝑter ſpem in extremā paupꝛtatez fortuna proiecisset vitam poſſent partem ſuſtētare. Nam vendēdi ⁊ texēdi veſtes fingendi ⁊ componendi nō modo artem ſed vſum habebant. Sic ꝑcipitur eccle. vij. Si tibi filij ſint erudi illos. Et ſequitur. Si tibi filie ſūt ſerua corpus illarum.

## De coruo ⁊ ficedula dialogus. lxiii.

Coruus dicit papias eſt auis que dicit̃ viuere vſqꝫ ad millenariū. Hec āt quadā vice nidum faciebat ꝓpter quod depilata ⁊ macilēta fiebat oua ſua nutriens. Tunc ficedula id eſt papafigo ad eum accedens plurimū vituperabat nec in pace ipſum dimittebat. Coruus āt non valens relinquere oua ſua nimiū ſe ꝑturbabat tamen in corde hec oīa conſeruabat. Cum aūt filij educti fuiſſent coruus cepit ſe reparare ⁊ cōualeſcere. Sed ficedula reuerſa cepit verba contumelioſa reciprocare eūqꝫ vt prius deuenuſtare de ꝗ coruus indignatus cupiens ſe vindicare ficedulam totaz decaluauit ac crudeliter euiſcerauit dicens.

Qui vult cum aliis rixari cupit dire laniari. Sic enī multi cū vidēt aliquē depreſſum et in calamitate poſitum non ceſſant eos obiurgare ac eis iniuriari. Tu autem quē cernis hominem in calamitate. ceſſare tūc debes ab obiurgacōne. Ait enī philoſophus. Obiurgare in calamitate grauius eſt ꝙ ipſa calamitas. Calamitoſo non compati etiā iniuria eſt. Antiqui ⁊ principes cōpatiebantur miſeris et calamitoſis in ſuis calamitatibus. Vñ narrat valerius libro quinto. ꝙ cum ceſar abſciſum caput pompeij aſpexiſſet pias lachrymas dedit. Item narrat ibidem ꝙ marcus marcellus captis ab eo ſyracuſanis cum eſſet in arce opulentiſſime vrbis conſtitutus afflicte ciuitatis fortunam deplorantes intuens a fletu ſe cohibere non potuit. Ibidem etiā narrat de clemētia pompeij erga regem armenie qui contra populum romanū magna bella geſſerat victum in conſpectu ſuo ſupplicem diutius iacere nō ē paſſus. Sed benignis verbis recreatum diadema quod abiecerat capiti reponere iuſſit ⁊ in priſtinū gradū reſtituit. eque pulcrum eē iudicās et vincere reges ⁊ facere. Conſimile narrat de quodam conſule pam

lo nomine q̄ cum quendam regē
captiuatum ad duci ad ſe audiſſz
occurrit ei. Et illum volentem ad ve
niam procūbere dextera ſua eleua
uit ⁊ ad ſpem exhortatus ē eūq̧ in
conſilio ſibi proximū ſedere fecit.
Nec honore menſe indignū iudica
uit. Nā ſi egregiū eſt hoſtem deui
cere non minus laudabile eſt infe
licibus ſcire miſereri.

## De nycticorace ⁊ alau da dialogus .lxiiii.

Nycticorax dicitur
a nicos quod ē nox ⁊ corax
quod eſt coruus quaſi coruus no
ctis quia de nocte volat. vel q̄a de
nocte vigilat. Dicūt brito ⁊ iſidor⁹
ethimo. xii. Nycticorax ipſa eſt no
ctua q̄ noctem amat. Ad hāc pre
xit alauda dicens. Soror cariſſima
obnixe te deprecor q̄ die craſtina ī
meridie mihi ſocieris qm̄ amator
meus me cupit ad ſolem videre Si
ego tecū ero ſociata pulcrior appa
rebo. promittit hoc nycticorax per
omnia adimplere. verecūdabatur
enim hoc ei abnegare. Cunq̧ dies
adeſſet et ſol claritice perluſtraret
alauda expectabat promiſſa Sed
nycticorax ad ſolez exire nō audēs
Propter q̄ nihil proſpicit in die.
non venit. de quo alauda pturba
ta ipſum ſemp abhorruit ⁊ pſecu
ta eſt Qua de cauſa non audēs noc
tua de die volare timore alaude de
nocte vero volat ⁊ cibū ſibi querit
dicens. Nullus debet affirmare
quod non poteſt perpetrare. Ideo
q̧ cauendum eſt ne quid pmitta
mus quod ſit impoſſibile ne men
daces reperiamur. Si tibi forte nō
placet amico petita promittere nō
promittas pter verecundiam ne
gandi. Quia dicit philoſoph⁹.
Verecūdia negandi caue ne tibi ī
ferat neceſſitatem mentiendi Alio
quin minus decipitur cui celeriter
negatur. Tamen multi pter liber
tatē animi verecūdātur petita ab
negare. Prout de libertate tyti im
patoris ſcribitur ī geſtis romano
rum q̄ ſtatuerat ne accedentez ad
eum poſtulandi gratia ſine ſpe ha
bendi dimitteretur. Et interrogan
tibus amicis ſuis cur plura pollice
retur q̄m preſtare poſſet. Rn̄dit q̄
ideo q̄ non oportet quēq̄ a ſermo
ne principis triſtem diſcedere. Itē
legitur de traiano in geſtis roma
noꝝ q̄ cū arguerent eū amici q̄ i
oēs vltra q̄ imperatorem deceret eſ
ſet cōmunis. ſ. de cōdeſcendendo oi
bus. Rn̄dit traian⁹ ſe velle eſſe ad
oēs talem qualem quiſq̧ optaſſet
eum inuenire.

## De caudetremula et faſiano dialog⁹ .lxv.

Caudetremula di
citur ab effectu q̄ caudam
in tremore ſemp habet hec ad faſi
anū prexit dicēs. Quare miſer non
tergis oculos tuos ſed lacrimoſos
ipſos oſ̄ndis ⁊ fetor oculoꝝ tuoꝝ te
reddit abhominabilē. Faſian⁹ āt
indignat⁹ rn̄dit. nō verecūdaris de

mēs ꝙ minima es ⁊ abiecta· Habes
enim caudam paliticam et treme
bundam et vis tu diſtinguere vi
tia mea· Vade prius et corrige vi
cia tua et tunc eris mea creatura·
Cauda tremula hoc audiēs erubu
it ⁊ cū confuſione reuerſa ē dicēs·

Prius debet ſe purgare ꝗ vult
aliū damnare· Sic enī nōnulli non
attendentes vicia ꝓpria aliena cu
piunt redarguere· Et vt dicit Ber
nardus· Multi multa ſciūt alienos
inſpiciūt et ſeipſos deſerunt· Tali
bus loqͥtur ſaluator dicens· Luce
vi· mathei· vij· Quid aūt vides fe
ſtucam in oculo fratris tui trabē
autem que in oculo tuo eſt nō con
ſideras, aut quomodo potes dice
re fratri tuo· Frater ſine eijciam fe
ſtucam de oculo tuo trabem in ocu
lo tuo non videns hypocrita eijce
primū trabem de oculo tuo ⁊ tunc
proſpice vt educas feſtucam de
oculo fratris tui· Legitur in vitiſ
patrum ꝙ facto cōuentu in ſithia
loquebatur frater de quodam fra
tre culpabili ⁊ detrahebat Abbas
autē pior tacebat· Et cum portarēt
retro ſe ſaccum plenū arena· Et de
eadem arena modicū ante ſe pone
ret· Interrogatus quid hoc eſſet di
xit multā arenam eſſe peccata ſua
quibus retro poſitis non curabat
de ipſis· Modicam autem arenam
ante faciem poſitam dixit eſſe pec
cata fratris quē iudicabat ⁊ addi
dit non oportet ita fieri fratres ſꝫ
peccata mea ante me eſſe debēt ac
de ipſis cogitare· Audientes enim
patres dixerūt vere hec eſt via ſa
lutis

# De philomena ⁊ cor uo inter ceteras aues dialogus· lxvi·

Quodam feſto ma
gno aquila cū auibus prā
debat ⁊ ꝓpter prandiū aquila ad
ſe clamitauit philomenam dicēs
vade filia frāge vocē ⁊ canta vt do
cta es vt inde corda nrā conſolentꝰ·
philomena obediens canere icho
auit ita placide ꝙ oēs volucres cū
leticia auide auſcultabāt· Interea
coruus inde tranſiens ⁊ hoc cōſide
rās ait intra ſe· volo ⁊ ego cū phi
lomena cantare vocē magnā ha
beo ⁊ auditus ero a lōge· Et cepit
turpiter crocitare philomena aūt
obmutuit nō valens tam turpiter
audire cantare eū· Aues quidē om
nes pturbate coruū illum abhor
rebant ꝓpter quod feſtum ſuū vi
tuperabant· Idcirco aqͥla manda
uit ei vt recederet vel taceret· Ipſe
vero reſpōdit ꝙ volebat ⁊ ipſe cū
auibus feſtinare nec ꝓpter ipſam
intendebat ſe remouere de loco· A
quila ei remandauit ꝙ diſcederet
ꝓpter ꝙ libenter nō audiebatur·
Coruus āt aquilam audire nolēs
magis garrire cepit· Quapropter
aquila ipm̄ occidi mādauit dicēs

Stultū eſt eſſe cantores niſi ve
lint auditores· Sic enī ſtultū eſt lo
qui vbi auditores faſtidiūt audi
re· Ideo nos āmonet eccle· xxxij· V
bi auditus non ne ē effundas ſer
monē· Et poſtea in medio magna

torum non preſumas loqui et vbi
ſunt ſenes nõ multũ loquaris· Sic
enim vt coruus male cãtauit q̄dã
legatus athenarũ coram rege phi
lippo· de quo narrat ſeneca lib· iij·
de ira· Ad quẽ cum veniſſent lega
ti athenienſium eoꝝ audita legati
one benigne ait philippus · dicite
quid poſſum quod ſit gratũ athe
nienſibus· Cui r̄ſpõdit democrit⁹
vnuſ de legatis· te inquit ſuſpende
re· ſ· eſſet gratum athenienſibus·
Et cum circũſtantes eēnt indigna
ti et vellēt in eum irruere iuſſit rex
illum impunitum dimitti dicens
ceteris legatis· Nũciate athenien
ſibus multo ſuꝑbiores eſſe q̄ iſta
dicit q̄ꝫ qui patienter audiunt

## De ciconia et irũdine dialogus· lxviij

IN quadã turri cico
nia nidum faciebat de foris · in ca
cumine irũdo vero deintus· Sꝫ irũ
do ſepiſſime clamabat ⁊ de natis
pulliſ letabatur ciconia quidem in
hoc triſtabatur· Cũ enĩ volebat q̄
eſcere cum filijs non valebat pro
pter garritũ irundinis· Ideoq3 ab
ſente irũdine ciconia nidum illius
diſſipauit et pullos ipſius intere
mit· Cũq3 ad nidum reuerſa fuiſſꝫ
irundo vltra q̄ꝫ credi poteſt triſta
batur de interitu filiorũ ſed quia
ignorabat quis hoc ei feciſſet non
ſe vindicabat· Paululum poſt ite
rum ſe reparauit irũdo ⁊ nidũ con

ſtruxit ac filios procreauit de qui
bus letabatur ⁊ q̄ꝫ plurimũ garri
ebat· Ciconia vero vt prius ꝑtur
bata cepit vociferare dicẽs · Certe
ſicut tibi feci adhuc faciã pullos
tuos cũ nido precipitabo ꝓpter q̄ꝫ
garriẽdo nõ ꝑmittiſ me cũ filijs cõ
quieſcere· Hoc enĩ audiens irundo
et cognoſcẽs q̄ꝫ ciconia filios ſuos
peremit toto ſtudio ſe vindicare per
optauit· Idcirco q̄dam vice dormi
ente ciconia cũ filijs irundo in nido
illius ignem poſuit et ipſam cum
pullis ſuis inflammauit dicens

Qui ſe videt vindicatum proſpi
cit ſe conſolatũ· In hoc appa*r*et q̄ꝫ
non licet inferiores infeſtare nec i
iuriari ne occulte nobis mala infe
rant Sepe enĩ recipit homo ab alio
quod fecit alijs· Vñ ſene· Ab alio
expecta quod alijs feceris Et ad co
loſſẽſes· iij· Qui iniuriã facit recipi
et quod inique geſſit prout refert
eſopus q̄ꝫ aquila volauit ad altũ
montẽ ⁊ inuenit filios vulpis q̄s
de fouea rapuit ⁊ ſecũ duxit ad ni
dum ſuũ vt eos comederet cũ fili
is ſuis· Veniens ãt vulpes non in
uenit filios ⁊ cepit deſcẽdere ad ne
mus et clamare ⁊ audiuit eos eiu
lare in nido aquile Vulpes vero di
xit humiliter ac dulciter aquile vt
ſibi redderet filios· aquila penitus
noluit audire eã· Vulpes ãt irata
inuenit ſtipulas ⁊ vitis ſurculos
ſiccos ⁊ circuiuit arborẽ ⁊ ore ſuo
duxit faculam ⁊ copia fumi occide
bat pullos aquile· Hoc videns aq̄
la deſcendit humilians ſe eligens
ex duob us malis minus reddidit

ꝗ̃ deuorare filios vulpis. In hoc do
cetur homo vt licet ſit maior time
at offendere minorem ſe. ⁊ ſemper
inter duo magna mala eligat mi
nus Vnde autor. non ſit aliquis ꝗ̃
ſtudeat obeſſe minori cuꝫ bene mi
nor poſſit obeſſe maiori.

## De vigardo ⁊ alieto dialogus. lxviii.

Vigardus dicit hu
gucio eſt auis quedã Et di
citur a pige quod ẽ depreſſio quia
forte pua eſt. Et inter animalia co
meſtibilia numeratur deutro. xiiij.
Hanc ãt auem dum in aere rapax
auis pſequeretur. vt euaderet ad
alietũ declinauit dicens. Magnus
es tu potens ⁊ miſericors idcirco
ad te confugio cum ſim pua ⁊ ĩpo
tens nec refugium aliquod habeo
nec defenſio eſt in me protege me
ſub vmbra alarũ tuarꝫ ⁊ defende
me a furore rapacis. Alietus autẽ
vt dicit pap̃. eſt auis ſimilis aq̃le
ſed maior pietate motus reſpõdit.
Ex quo tu humillima auis es ⁊ im
potẽs ſede ⁊ quieſce apud me nihil
cꝫ timeas donec fueris mecũ. ⁊ di
xit. Humiles ſunt protegẽdi ⁊
non vnquã expellẽdi. In hoc appa
ret ꝙ impotẽtes ⁊ pauperes ⁊ hu
miles ſunt a potẽtioribus protegẽ
di ⁊ in ſuis neceſſitatibus adiuuã
di cꝫ hoc miſericordia ⁊ hũanitas
eſt. Et vt dicit Bernardus. virtus
humilitatis maior ẽ in maioribꝰ.
⁊ in clarioribus clarior cõprobat
tur. Seneca ꝗ̃ ait. Qui ſuccurrere
poteſt perituro ⁊ nõ ſuccurrit occi
dit. Habebant enĩ antiqui princi
pes affectũ erga ĩferiores ſicut lu
culenter exprimitur in eorꝫ geſtis.
Vnde elimandus in geſtis roma
norꝫ narrat de traiano ꝙ cũ aſcen
diſſet ad bellũ feſtinanter. quedã
vidua flebiliter occurrit dicens.
Obſecro vt ſanguinẽ filij mei ĩno
centis perempti vindicare digneris
Cũqꝫ traianus ſi ſanus reuerteret
tur vindicare teſtaretur. vidua di
xit Et quis mihi hoc preſtabit ſi tu
in prelio interibis. Reſpondit qui
poſt me imperabit. Cui vidua: ⁊ ti
bi q̃d proderit ſi alter mihi iuſtici
am fecerit Et traianus. vtiqꝫ nihil
Cui vidua. nõne inquit tibi meliꝰ
eſt vt tu mihi iuſticiã facias et p
hoc mercedem accipias ꝙ̃ alteri
hanc transmittas. Tũc traianꝰ pi
etate cõmotus de equo deſcẽdit et
innocẽtis ſanguinem vindicauit.
Item dũ quidã filius traiani p vr
bem eq̃tando nimis laſciue diſcur
reret filiũ cuiuſdã vidue interemit
Quod cum traiano vidua lachry
mabiliter exponẽti pſum filiũ ſuũ
qui hoc fecerat vidue loco filij ſui
defuncti tradidit ⁊ magnifice ipſã
dotauit.

## De onocrotalo ⁊ azino dialogus. lxix.

Onocrotalus vel
onocrotalõ dicit brito que

dā auis ē. Et dr̄ ab onos quod eſt
azinus qꝛ faciē gerit azini ⁊ ē ſimi
lis cigno. Hec auis in deſerto oua
ꝑturiuit nidū conſtruxit ⁊ filios ꝓ
creauit. Sed cū in deſerto cibū ſibi
et filijs nō reperiret. ad ciuitatē per
uenit ⁊ azinuz ad ſe amicabiliter
clamauit dicēs. O frater vt cernis
ſimilis tui ſum qꝛ faciem aziminaz
geſto vt tu. ergo debes tu cōfidere
de me veni igitur mecum ⁊ noli pa
uere. Azinus innocens intuēs vul
tum aziminū cum ea ſimpliciter ꝑ
git. Onocrotalus autem ad foꝝ de
duxit azellū ⁊ cibum ⁊ eſcas ſibi ⁊
filijs amplifice emit ⁊ azinū pro
poſſe onerauit dicēs. Perge mecū
frater deferamꝰ eſcas ⁊ cibū filijs
noſtris. ad libitum tibi ſatiſfaciā
Azinus āt cū onocrotalone per de
ſertum diu ꝑagrauit. Sꝫ ad extre
mū cum magno labore ad nidum
pulloꝝ ꝑuenit. qui onus depoſuit
⁊ precium accipiens reditum ſuū in
choauit. Sed qꝛ in deſerto erat ī in
uio ⁊ inaquoſo neſciens redire in
deſerto perijt dicēs. Nullꝰ debet
longe ire inde ſi nō ſcit redire. Vn̄
patet qꝛ nullus ad remotiora loca
ꝑgere debet ſi reditū ignorat ⁊ vi
am neſcit. ⁊ hoc ꝓpter diuerſa peri
cula que ꝑ mūdū reperiūtur. Quia
ſicut dicitur ſcd̄a. iohānis. v. To
tus mūdus poſitus ē in maligno
quaſi dicat vbicūqꝫ eſt homo ſem
ꝑ eſt in periculo. Ideoqꝫ. ij. corin. xi
periculis flumimū periculis in fal
ſis fratribus. Ergo ſicut dicit gre
gorius. Semꝑ timere debemꝰ cū in
ꝑiculo ſemꝑ ſumus. ꝓut legit̄ in

collationibꝰ patrū qꝛ quidā ſolita
rius ꝑfectiſſimus deo ſeruiebat ⁊
diabolus ſubtiliter eius ꝑditionē
q̄rebat. Vn̄ trāſfigurauit ſe in for
mā mercatoris habentis ſarcinas
plenas auro argento ⁊ lapidibꝰ
precioſis ⁊ intrās cellam ſolitarij
ſtabat. At ille videns equū mira
batur q̄d hoc eſſꝫ. Deniqꝫ vidēs qꝛ
nullus veniret ad querendū cepit
tangere ac diſſoluere ſarcinā ī̄ q̄
inuenit omnia bona tꝑalia ſcilicꝫ
veſtes calciamenta ⁊ infinitā pecu
niam. Tētatione āt deuictus veſti
uit ſe ſplendide ⁊ aſcendēs equū de
uenit cū vniuerſa pecunia ad ciui
tatē ⁊ hoſpiciū intrauit optime bi
bens ⁊ comedens. Hoſpita vero vi
dente pecuniā eius dedit illi filiam
ſuā in vxorē ⁊ morabatur cū eo in
domo diabolus āt apparuit hoſpi
ti ī forma hoīs dicēs. Quid feciſti ⁊
cui dediſti filiā. Clericus eſt ⁊ apo
ſtota de iure nō poteſt eſſe eius vx
or. Hoc āt videns ſubtiliter ꝑſcru
tatus ē caput eiꝰ ⁊ occulte occidit
eum. Cum āt vellet diſſoluere ſar
cinam nihil inuenit niſi aquā ⁊ fi
mū ꝓpterea dicitur eccle. ix. Neſcit
homo finem ſuū Sed ſicut piſcis ca
pitur hamo ⁊ auis comprehendi
tur laqueo. ſic capitur homo pecca
tor viuēs in peccatis. qꝛ in multis
viuit periculis. In magno mari
marſilie de quatuor nauibus trā
ſeuntibus pauci euadunt. Vnde
in vitaſpatruꝫ dixit theodorus ab
bas cuidam fratri dicenti. quidaꝫ
frater reuerſus eſt ad ſeculum in
hoc non admireris: ſed ſi au

dictis ꝙ preualuit quis effugere
de manu inimici hoc admirare·

## De cigno et coruo dialogus·lxx·

Cignus eſt auis to
ta alba· Coruus ꝑ cõtrariũ
eſt niger ⁊ ideo emulabatur cignũ
ꝓpter albedinem ⁊ mũditiam eius
Idcirco toto ſtudio conabatur ci
gnũ polluere ac denigrare· et quia
vigilando minime valebat dormi
endo ſagaciter cupiebat agē· Vn
de quadam nocte dormiēte cigno
coruus malignus ad nidũ ipſius
clam ſubintrauit ⁊ cum colore ni
gerrimo cignũ totũ polluit ⁊ deni
grauit· Cum aūt dies adeſſet ⁊ ci
gnus excitatus eſſet a ſomno ⁊ in
ficiatum ſe vidēs lauit donec alba
tus ⁊ purificatus exiuit dicens·

Qui vult fieri beatus ſemꝑ ſit im
maculatus· Coruus ē diabolus q̄
non poteſt intueri mũditiam ⁊ pu
ritatem ſeruoꝝ dei· Vnde toto cona
mine nititur eos polluere· Sed q̄a
vigilando hoc agere nequit dormi
endo ſatagit perpetrare vnde vigi
landum eſt dicit auguſtinus Ho
ſtis vigilat ⁊ tu dormis· Et ꝓpterea
dicitur prima petri ꝑmo· kariſſimi
ſobrij eſtote ⁊ vigilate in oracõni
bus quia aduerſarius veſter diabo
lus tanq̄ leo rugiēs circuit q̄rens
quem deuoret cui reſiſtite fortes in
fide· propter quod dicit iſido. ꝰ q̄s
vigilantes immũdi ſpiritus vicēt
nec ſuperant· acriter eos dormien
tes impugnant· Vnde in vitaſpa
trũ demones quēdā fratrem ſic de
ludebant ꝙ q̄n fratres cõmunica
re debebāt dũ dormiret apparebāt
ei ſimilitudines mulierū ⁊ pollue
bāt eũ ⁊ dum cõſuleret patres q̄d
ſup hoc eſſet agendum inquirētes
de ſtatu eius ⁊ inuenientes ꝙ hoc
non accidebat ex cibi ⁊ potus ſup
fluitate diabolica illuſione iudica
uerūt hoc fieri· Et conſuluerūt ei ne
ꝓpter hoc cõmunionē dimitteret·
Diabolus autē poſtea ei non illuſit
manifeſtans ꝙ hoc faciebat vt a
tanto bono eum retraheret·

## De ornice et gallina dialogus·lxxi·

Ornix id ē gallina
ſilueſtris videns oua pauo
nis nidũ fecit apud quendā diui
tē· Dũ autē pulli eēnt educati erāt
nimiũ dño dilecti· ꝓpter ꝙ ornicē
excellēter paſcebat vt pullos me
lius enũtriret· Sz ornix tũc erat a
cerba gallinis ꝓpter audaciā dñi
⁊ pulloꝝ ꝙ ipſas edere neq3 pica
ri ꝑmittebat imo ꝓpulſabat ⁊ ver
berabat· Galline āt amaricate ta
cebāt expectātes tpꝛs vindicte Cũ
q3 pulli creuiſſent ornicē reliq̄rũt·
⁊ ad naturā pauoniā reuerſi ſunt
Dñs autē ornicē non ita fulciebat:
ſed cum alijs picare permittebat·
Galline vero non immemores perſe
cutionis ornicis ſe pro poſſe vindi
cabant non permittētes eam ſecū

picati· Tūc cornix ſe cognoſcēs plo
rabat dicens. Heu filios enutriui
et exaltaui· ipſi vero ſpreuerūt me
Galline āt a verberibus non ceſſa
bant dicentes· Nullus in pſpe
ritate viuat in crudelitate· Hoc in
tendat quilibet cū eſt in officio vł
in proſperitate nō calcet inferioēs
vel ſubditos quia tēpus p tempo
ra mutatur· Eccle· iij· Omnia enim
tēpus habent ꝛ ſuis ſpacijs tran
ſeūt vniuerſa ſub celo Ait eccle· p·
Tēpus proſperitatis ꝛ tps aduer
ſitatis· Tempus āt voluit ad mo
dū rote· alij aſcendūt· alij vero deſ
cendūt· Sed aſcendētes nō ſpernāt
deſcendētes· Quia ſicut dicit eccle·
vij· Non irrideas hominē in amari
tudine anime ſue· eſt enim qui hu
miliat ꝛ exaltet circūſpector deus
Sed ſicut dicit Idem· xi· In die bo
noꝝ ne immemor ſis maloꝝ ꝛ hoc
propter mutationē tēporis ꝛ offici
orum· Quia ſicut dicit Iſi· Caduca
et fragilis eſt potentia temporal.
Dic vbi ſunt reges· vbi ſunt prin
cipes· vbi imꝑatores· vbi locuple
tes rerum· vbi potētes ſeculi· Ata
xerſes rex pſarum ꝛ medoꝝ ſuper
biſſimus ꝛ potētiſſimus qui ſbuer
tit montes ꝛ ſtrauit maria cuꝫ de
ſublimi loco infinitam hoīm multi
tudinē ꝛ innumerabilem vidiſſet
exercituꝫ fleuiſſe dicitur eo ꝙ poſt
centū annos nullus eoꝝ quos tūc
cernebat futurus eſſet· Aliud cuꝫ
pgeret contra grecos cū mille mi
libus armatorum ꝛ cū mille ducē
tis manibus ꝛ tribus milibus na
uibu s oneratis· videns ante ſe tā
immenſum exercitū et cogitans de
mutatione ꝛ breuitate temporum
et vite ad quid deueniret totus ille
exercitus· humiliatus fertur dixiſ
ſe· Regem me vocant hominē tam
fortem ꝛ magnū· ego āt me fateor
puluerem ꝛ cinerem eē· Dux lotho
ringie cum eſſet in extremis reſpi
ciens domos ꝛ caſtra ſua dixit· O
deus quomō ſunt contēnenda iſta
tēporalia ꝙ ego q̄ tot habui caſtrā
ꝛ palatia ꝛ tot hoſpicia dare potui
neſcio quo ire vel hoſpitari debeam

## De qualia et alauda dialogus· lxxij

Qualis intra ſe co
gitaē cepit· Eſt accipiter ve
nator peſſimus generis mei· ſed ſi
pacem ꝛ amicitiam illius habere
potuiſſem ꝙ plurimū ſecura pma
nerē· Ideoqꝫ ad ſe vocauit alaudā
rogans ꝛ dicēs· Tu es digna lau
dari ꝙ propter probitatē tuam a
lauda nūcuparis· Idcirco a te de
poſco ꝙ ex pte mea vadas ad acci
pitrē ꝛ ſalutare procura· inquiēs·
Qualia ſubiecta tibi ꝛ obediēs cu
pit ſe tecū in amicitia colligari pa
cēqꝫ tecū firmare Qua de cauſa me
miſit ad te vt reſponſū ei reddam
prolatū a curialitate tua· Alauda
enim ſuppliciter proceſſit ꝛ hec ver
ba recapitulauit accipitri· Accipi
ter vero perturbatus alaude reſpō
dit dicens· Durus eſt hic ſermo ꝛ
grauis ad audiendū· attamē volo
ꝙ veniat tecum ante me ac per ſe
ipſaꝫ loquatur Alauda quoqꝫ ad

qualiam reuerſa cum gaudio ver
ba accipitris ꝓmulgauit· Hoc
audiens qualia gauiſa et ipſa cū
alauda progreſſa ē ad accipitrē
vt pacem ⁊ amicitiā confirmarēt
Accipiter auē vt eas videret ⁊ cō
cupiſceret q̄liā cito apprehendit et
manducauit dicens Nullꝰ debet
coequaē ſe cum magno ſed pauſa
re· Sic eni q̄ habet inimicos capita
les potentes ⁊ fortiores ſe nō debꝫ
eos ad amicitiam prouocare ne in
laqueis eorūdem incidat· Vnde ec
cle· ix· A viro habente poteſtatem
occidendi longe eſto· ſcito eni quo
niā in medio laqueoꝝ eius ingre
dieris· ꝓut fertur ꝙ aſellus quidā
cauſa ſolacij in nemore obuiā ha
bens aprū auſus eſt ſalutare eum
dicēs· Aue mi frater· Hoc audiēs
aper ira cōmotus cogitabat cū la
niare dentibus· tamē ſe retinuit di
cens· Ego te laniarem: niſi meus
dēs nobilis ſperneret vilem eſcam
ſicut eſt caro tua· Tu iuxta tua de
ſideria tutus es· In hoc docetur ho
mo q̄ eſt ſtultus ꝙ nō debet ire ad
ſapientem· vel humilis ⁊ pauper
ad potentem ⁊ diuitem iocis ⁊ de
riſionibus· Humiles eni ⁊ paupe
res timere debent et precauere vti
qꝫ ꝙ puniūtur· Diuites eni ⁊ potē
tes non timent ſed audaces ſunt:
quia non puniūtur ꝓpterea reſpō
det gallꝰ accipitri dicēti ſibi· Quid
eſt ꝙ tantū timetis homines cum
quibꝰ educati ⁊ nutriti eſtis ⁊ nos
manſueti ſumus ⁊ ad eoꝝ manus
reuertimur ſponte· Dic nobis ſi vn
q̄ꝫ vidiſti viginti accipitres ī vna
domo ſicut de nobis· Ideo fugimꝰ
ab eis quia nos male puniunt·

## De iſone dialo· lxxiiii

Yſon dicit brito a
uis eſt de genere vulturis
alba ⁊ minor q̄ꝫ vultur ſed rapaciſ
ſima Hec auis in iuuentute multa
mala perpetrauit· rapiens pullos
alienos homines et volucres per
turbauit· Tandem in ſenectute cō
puncta penituit volens ablata re
ſtituere· penitentiam agere et ope
ribus miſericordie inſiſtere ⁊ iuſti
cie inſūdare· Sed quia in iuuentu
te non aſſueuerat in ſenectute non
poterat perpetrare Quapropter re
darguebat ſeipſam· ſed quia non
habuit bonū principium in iuuē
tute· habere non potuit bonum exi
tum in ſenectute dicens· Qui
non prius bona capit nec in ſene
ctute ſapit· Ergo patet ꝙ bonum
eſt in iuuentute bona congregaē
vt in ſenectute inueniantur· Hoc
enim eſt quod dicitur Eccleſiaſtici
xxv· In iuuentute tua bona non
congregaſti ⁊ quomodo inuenies
ea in ſenectute tua· Fili in iuuentu
te tua tenta animam tuam et ſi fu
erit nequam non des ei poteſtatē·
dicit quidam verſificator· Qui nō
aſſueſcit virtutibus dum iuueneſ
cit· A vicijs neſcit diſſueſcere quā
do ſeneſcit· Et hoc ꝓpter conſuetudi
nem quia conſuetudo eſt altera na
tura vt dicit phūs Tanta enī eſt
vis cōſuetudinis vt qd homo ꝯſue

uit facere vigilans quandoqꝫ facit
dormiens · et quod ꝯſueuit facere
videns facit nō videns Vnde refer
tur de quodam medico cui debebā
tur · xiij · libre ad tres annos ſoluen
de · qui cum laboraret in extremis
et admoneretur ad confeſſionem
vt eucariſtiaꝫ ſumeret nihil aliud
poterat ab eo extrahere niſi · xiij · li
bre ad tres annos ⁊ ſic loquens
expirauit · ꝓpter ꝯſuetudinē enim
malam ſolent agere mali iudices
⁊ aduocati in ſuis negocijs inſipi
enter · etiam circa mortē dum pre
cipue ſapientia opus eſt · Dum q̄
dam cū offerretur ei eucariſtia ī ex
tremis ait · Judicetur prius vtrū
rectum ſit an accipiam · Cuius cau
ſa circūſtantes dixerūt · nos quidē
rectum et iuſtum iudicamus · Qui
bus ille non eſt hoc rectū iudiciū:
non enī ſatis iuſticie poteſtatē ha
betis me recte iuſteqꝫ iudicare · Ali
us vero cū in extremis admoneretᷣ
ad ſuſcipiēdam eucariſtiam petijt
dilationem · quā cum nollent ami
ci eius dare propter mortē quā vi
debant iminere · Jlle ꝑ conſuetudi
nem appellationū quibus fuerat
vſus appellauit a maīfeſto graua
mine ·

## De mergulo negligē te dialogus · lxxiiii

Mergulꝰ dicit bri
to a mergendo dicitur auis
quedam eſt que mergendo cibuꝫ
querit · Hic mergulus negligens
effectus ait intra ſe · Miſer ego q̄d
facio · Nulla inter volucres cū tan
to labore ſibi cibum querit · q̄ to
ta die gurgitibꝰ ⁊ vndis me mer
go vt cibum īueniam ⁊ forte vna
die periclitabor in fluctibus · Meli
us eſt vt ad ſocias alias aues per
gam et cibum cum alijs adquirā
ne manducabo panem laboris et
doloris ⁊ ſic ſine magno laboꝛe me
lius epulabor · Dum autē ad aucū
aſcendiſſet et cum volatilibꝰ cibū
ſibi adquireret nō inueniēs quod
ſibi ſaperet famelicus ⁊ macilentꝰ
effectus eſt nec pro tanto timoꝛe re
uerſus eſt ad ſe mergendum ſed
magna inedia deficiens ait · Nū
q̄ꝑ debet manducare qui non vult
ſe fatigare · Sic enim multi negli
gentes nolunt aſſumere laborem
ſed in egeſtate magna cupiūt cō
morari · propter quod dicitur iob ·
v · Homo ad laborem natus eſt ·
Et ſi laborem renuit non facit id
ad quod factus ē Gloſa et ideo nō
perueniet ad id ad quod creatꝰ ē
ſcilicet ad ſummū bonum Prima
ad theſſalonī · iij · Qui non laborat
non manducet · prout iſidorꝰ dicit
Quere tibi opus vtile per quod a
nima impleatur · Moderatum labo
rem habere eſt iocunditas et ſani
tas tam anime q̄ꝑ corporis · Quedā
vidua recuſabat ſepeliri ī camiſia
ſibi data dicens · Sepeliar quidem
in laborata manibus ꝓprijs et nō
alienis · Abbas arſenius vt legitᷣ
in vitaſpatrum primo in palatio
imꝑatoris magnifice ſtetit poſtea
heremita maximus · a q̄rentibus ſē
in quo confideret · Reſpondit · ī hoc

ꝙ homines fugi et ꝙ tacui · ſed in
hoc potiſſime gaudeo ꝙ manibus
proprijs laboraui·

## De carduello ĩ cauea dialogus·lxxv

Carduell⁹ quidam
in cauea cuiuſdam diuitis
ſplẽdide epulabatur ꝓpter quod
diues ipſum diligenter audiebat
dũ cantabat ⁊ ipſe de famelicis ꝗ̃
parum curabat·Tempore quodã
inedie et neceſſitatis aues alites
multe pauperes ⁊ famelice de bru
ma ⁊ frigore ad carduellum proce
debant elemoſinam petentes Sed
carduellus illis non porrigebat ni
ſi de corticibus ac de reſiduo mẽſe
ſue·Cuncta vero que abhorrebat
pauperib⁹ largiebatur·Volucres
autẽ pacifice oĩa que ſibi daban
tur recipiebant dicentes Vilia
ſunt delicata ꝓpter famem ⁊ opta
ta·Hoc eñi agũt nonulli qui vilia
et abiecta dant pauperibus·Ideo
dñs abhorruit munera cayn quia
de vilioribꝰ obtulit ei·⁊ ad mune
ra abel reſpexit ꝙ de optimis obtu
lit·Quapropter dicebat iacob filijs
ſuis de optimis terre ferte munerã
viro id ẽ deo·Vnde prouerbi·iiij·
honora dñm de tua ſubſtãtia et de
primicijs frugũ tuaꝝ da pauperi
bus Id ẽ noli offerre munera praua
nõ enĩ ſuſcipit illa de⁹·Magna enĩ
ruſticitas eſt et viliores ſunt qui
viliora dant pro deo·Legebat ãt
magiſter alanus apud montem
peſſulanũ et audierũt milites vici
ni ꝙ tantus clericus eẽt ⁊ ꝙ ad oĩa
interrogata reſpõderet Acceſſerũt
ergo ad eũ de comuni cõſenſu ⁊ q̃
ſierũt ab eo q̃ eſſet maxima curia
litas·Quib⁹ ille·dare·curialiſſimũ
eſt·Quo audito oẽs cõſenſerũt reſ
põſioni eius·Ipſe vero dixit eis vt
habito conſilio ad inuicẽ dicerent
ei que inter alias ruſticitates ma
ior eſſet·Qui habuerũt conſilium
ad inuicẽ ⁊ non potuerũt cõcorda
re·Quo audito increpauit eos di
cẽs·Ego poſuerã vos in via p quã
poſſetis ſolutionẽ queſtionis vobꝭ
propoſite recognoſcere·Sicut enĩ
dare curialiſſimũ eſt auferre autẽ
cõtrariũ ⁊ ruſticiſſimũ eſt vñ vos
qui inceſſanter aufertis bona pau
perib⁹ et qui vilia deo tribuitis ru
ſticiſſimi eſtis prout dicit beatius
eſt dare magis ꝙ̃ accipe·De liber
tate enĩ titi impatoris ſcribitur in
geſtis romanoꝝ ꝙ quadã die ſup
cenã recordatus ꝙ tota die nihil
dediſſet gemẽs dixit·O amici hãc
diem ꝑdidi quia nihil tribui·

## De ibice immũda ⁊ apotecario dial·lxxvi

Ibis auis egipcia
ca ẽ dicit pap·ſecũdũ legẽ
imũda p̃ oĩbus volatilib⁹ qm̃ mor
ticinis cadaueꝝ ſp veſcit̃ iuxta lito
ra maris vel fluminũ ſemetipſam
purgat roſtro ⁊ ouis ſerpentũ veſ
cit̃·Quidã apotecari⁹ hãc auẽ imũ
dã cepit·voleſq; eã purificarẽ vt ſe
cundũ legẽ veſceret̃ eãq; poſuit in

apothecariam ſuam vt a ſpeciebꝰ
redoleret et a medicinis purgaret
Sed hec ſibi nō ſapiebant dum de
his ederet imo cadauera fetida cu
piebat. Quapropter fugitiua rēceſ
ſit non valens mūdis vti. ſed in
immūdis ſuis reſiduū vite ſue cō
ſūmauit dicens. Id quod ſapit
mihi volo. quod nō ſapit vn̄ꝙ no
lo. Ita faciūt immūdi ⁊ impudici
qui in fetore luxurie ſunt ⁊ cōcupiſ
centie cōſueti quia aliud nolūt
nec ſibi ſapiūt. Et ſi pauliſꝑ abſtē
huntur ab his citius ꝙ̄ poſſunt re
uertūtur ad vomitū vt canis. Ideo
dicit hiero. ve illi qui in luxuria vi
tā finierit. ve illi qui tūc habuerit
terminū luxurie. Fabulatur enim
ꝙ ſarcho ſemel de humo exiuit ⁊ ꝑ
flores amigdolorum lilioꝝ ⁊ roſa
rum tota die aduolauit. Ad veſpe
rum autem ad volutabrum reuer
ſus eſt ⁊ inuenit concubinā ſuam
Vnde cū magno gaudio affectu ⁊
deſiderio ſe intus iactauit dicens.
Nihil ſunt odores ⁊ precioſitates
floꝝ reſpectu loci iſtius. Sic enī in
luxuria ⁊ putredine vitam finiuit

## De pellicano ſolita-rio dialogus. lxxi

Pellicanus dicit pa
pias eſt auis ꝑua que in ſo
litudine delectatur. Quadam autē
vice anas ⁊ anſer fecerunt cenam
magnā ad quā inuitauerūt omēs
domeſticas alites. verū tamē vt ce
na nobilioꝛ exiſteret ꝑgrauerūt
in ſolitudinē ⁊ pellicanū ſecum ꝑ
duxerunt. Cena autem facta om
nes volucres curialiter obſecraue
runt pellicanū vt inter gētes ſecū
cōmorari vellet ne in tanta vaſta
ſolitudine ꝑegrinari vellet ⁊ penu
riam tam maximam ſuſtinere. pel
licanus ſiquidem victus precibꝰ
alitum aliquantulum cū alitibus
cōmoratus eſt cum quibus ſplen
dide epulabatur. Dum autem ora
re legere et deum contemplari cu
peret non valebat propter garri
tum et rumores alitū. Nec ſobrie
vt ſolebat propter affluentiam ci
bi et potus viuere valebat. Idcir
co ad coꝛ rediens ꝙ̄ cōmode potuit
in ſolitudinem reuerſus eſt vbi bo
nū certamen certauit curſum con
ſummauit fidem et deuotionem q̄e
tis ſeruauit dicens. Qui vult de
um contemplari ſolus debet com
morari. Sic et tu ſerue dei ſemper
cum expedit maneas ſolitarius vt
quieta mente in diuinis lectōibꝰ
et meditationibus orationibus ⁊
contemplationibus tuus ſpiritus
exerceatur ⁊ i colloquijs altiſſimi
iugiter delectetur Audi bernardū
dicentē. O ſancta anima ſola eſto
vt ſoli domino omniū ſerues teip
ſam quem ex omnibus elegiſti. fu
ge creaturas ſi creatorem habere
deſideras. fuge mundum ſi vis eē
mūdus. Quia dicit Auguſtinꝰ. Si
tu es mūdus iā te nō delectet mun
dus. In vitaſpatrum dicit abbas
arſenius orans. Dn̄e dirige me ad
ſalutem. Et venit ei vox dicens.
fuge tace et quieſce et ſaluus eris.
Qui enim ſedet in ſolitudine

⁊ quieſcit a tribus piculis eripit
ideſt auditus locutionis ⁊ viſus.
Quidā ſolitarius exiuit in heremū
veſtitus lineo ſacco tātū· Cum h
ābularet tres dies aſcendit ſup pe
tram ⁊ inuenit ſub ipſa viridē her
bam· ⁊ hominem paſcentem tanꝙ
beſtiam · deſcendēs autem occulte
terruit eum· Jlle vero cum eſſet nu
dus non poterat ferre odorem ho
minū āguſtia vix euaſit de manib⁹
eius fugiēs · Jlle vero currebat p⁹
ipſum clamans expecta me: te ꝑp
ter deum ſequar Cui ille· ⁊ ego ꝑp
ter deum refugio · Tunc ꝓiecit ve
ſtimentū quo erat idutus ⁊ ſeque
batur eum· Qui cum hoc videret ex
pectauit eum dicens· quando proie
ciſti materiā mūdi abs te expecta
ui· Cui ille · Pater dic mihi verbuꝫ
quo ſalu⁹ efficiar· At ille· fuge ho
mines ⁊ tace ⁊ ſaluus eris· Hec enī
ſunt principalia ſalutis quia vbi
turba ibi turbatio. Vnde ſeneca·
Quotiens in turba fui turbatus
rediÿ· Jdeoqꝫ trenoꝝ· iiÿ· Beat⁹ vir
qui ſedebit ſolitari⁹ ⁊ tacebit qꝛ le
uabit ſe ſuper ſe

## De turture caſta· dia logus lxxviiÿ·

Turtur eſt caſtiſſi-
ma int̄ ceteras aues q̄ donec
cum viro moratur nunꝙ alium di
ligit ⁊ ſi vir eius obierit nec viꝝ
nec ſociū nequaꝙ plus accipit . A
quam turbidam ſemper bibit · in
ramuſculo viridi nunꝙ quieſcit
Quedam autem turtur vidua exti
tit pro quo anxiata nunꝙ conſola
ri nec ſpaciari cupiens · in merore
tamen caſtiſſime vitam ducebat·
Cetere autem aues ꝯpatiebantur
ei, intuentes eam in merore defice
re· Vnde ad ipſam conuolauerunt
dicentes· Soror quare tabeſcere vis
a dolore· veni nobiſcum ⁊ aliquan
tulū ꝯſolateris quoniā libentiſſi
me te fulcire cupimus ⁊ hoſpitare
Turtur autē hoc audiens aliquā
tulū reſpirata cū eis caritatiue pro
ceſſit· Volucres quidem ōnes ami
cabiliter eam recipiebant ⁊ ad ni
dum ſuū reportantes eſcam ſuam
cum ea diuidebant · Turtur vero
zelo caſtitatis armata cū fornicari
ſentiebat nō valens fetoreꝫ ſcorti
ſuſtinere ꝙ cito fugiebat nec in lo
co plus intrare cupiebat · Cumqꝫ
hoc ſepe faceret ad extremum con
ſorcium lubricorum reliquit ⁊ ad
puritatem caſtitatis rediÿt dicens
Eſſe pudicaqꝫ munda volo nū
ꝙ lubricunda· Hoc enim agere de
bet qui tenetur caſtitatem obſua
re quia non ſolum ſcortum effuge
re debent ſed loca ſcortorum ꝑpter
abhominationē ⁊ fetorem luxurie
Nihil enim fetidius ⁊ abhomina
bilius ꝙ fetor pollutionis ⁊ libi
dinis· Vnde quidaꝫ ſcolaris ſcorti
in domo ſua fetorē faciebat· ⁊ qui
dam archidiacon⁹ ſentiebat· Cui
tantum adheſit ꝙ ⁊ ipſe fornicat⁹
fuit Jdeo dicit Bernard⁹· Luxurie
appetitus plenus eſt anxietate: ac
tus abhominabilis ⁊ immundicie
exitus penitudinis ⁊ verecundie
Narrat Ambro· libro de virginitate

tertio de matre ⁊ filiabus que am
plexantes ſe ⁊ quaſi choros ducē
tes proiecerūt ſe in alueū fluuij ne
apud ciues dedecus caſtitatis pa
terētur. Huic ſimile narrat Augu
ſtinꝰ de ciuitate dei de lucretia que
cum eſſet oppreſſa a filio tarquini
regis induxit ſuos ad vindictam.
deinde ꝓpter delictū cōmiſſum egra
atq3 impatiens ſe peremit ⁊ q̄uis
nō eſſet faciendū dicit Auguſtinꝰ
Non enī debet quis ſe interimē ad
vitandū alienā libidinem. nō enī
polluet ſe ſi eſt aliena libido ī ꝓpo
ſito caſtitatis pmanēte eo p quod
corpus ſanctificari bono meruit.
Ipſi corpori nō aufert ſanctitatem
violentia libidinis aliene quam
ſeruet pſeuerantia continentie: ſue
tamen deteſtatio de decoris amor
honeſtatis pſeuerantia fortitudis
in talibus ſunt cōmendanda. De
continentia etiā caſte mulieris nar
ratur libro tercō de nugis philoſo
phoꝝ ꝙ cum viro ſuo danieli noīe
eſſet exprobratum ꝙ oris vicio fe
datus eſſet ſiue ꝙ haberet maluꝫ
anhelitū et ipſe cōquereretur vxo
ri ꝙ non monuerat eū de hoc quere
re medicinam. Reſpondit illa. hoc
feciſſem inq̄t niſi crederem omnia
ora viroꝝ ſic olere. Veriſimile enī
fuit ꝙ os ſuū ad os alterius viri
nunq̄ applicauerat.

## ¶ De perdice fure dialogus. lxxix.

Perdix de voce no
men habet vnde dicitur iſi. ⁊ ābro.
ꝙ auis adeo doloſa ⁊ fraudulenta
eſt vt alterius oua deripiens foue
at. ſed fraus euētum nō habet. Nā
cū pulli ꝓprie genitricis vocē audi
unt naturali quodā inſtinctu hāc
que fouit relinquūt ⁊ ad eam que
genuit reuertūtur. Nidū ſuū inter
cōdenſa ſpinaꝝ loca cōſtituit. ouis
ſtragiculū puluis ē. Cuꝫ quis ap
propinquauerit coꝝ nidis egreſſe
matres ſe ſponte offerūt venientibꝰ
⁊ ſimulata debilitate vel pedū vel
alaꝝ quaſi ſtatī capi poſſit. greſſꝰ
fingūt tardiores. Hoc mendacio
ſollicitantur obuios quoadusq3 a
nidis longꝰ auocētur. Vna āt per
dix furata ē oua cuiuſdā auis alte
riꝰ ea abſente. Sed dū ſpoliata ad
nidū rediret ⁊ oua ſua nō inueniēs
doluit ⁊ q̄plurimū anxiata oua re
quirit. Tandem cū magno ſtudio
oua a latrone reppetit. q cum feſti
natione iudici hoc indicauit. Iudex
āt citauit furē ⁊ ſubtiliter de nego
cio examinauit. latro vero nō cōfi
tebat ſed p̄dicta p viribꝰ denega
bat. Et ꝙ teſtes iudex nō habebat
latronē de iure nō iudicabat. Accu
ſatrix vo ad iudicē dicebat. debes
ipſm tormētare ⁊ veritatē extorq̄re
Cui iudex debes ⁊ tu ea q̄ dicis pro
bare vt iudiciū meū rectū videat
alioq̄n te cū ipſa martirizabo. Ea
āt nō ꝓbante qd accuſabat iudex
ſuſpicari cepit ꝓpter quod ābas ī
eculeo leuauit ac de furto p conta
ri cepit. latro vero cūcta reuelauit
et ea q̄ de multa furta q̄ accuſabat
occulta q̄ cōmiſerat manifeſtauit

Qua ꝓpter iudex eas ſuſpendi fecit
dicens Qui furatur ⁊ accuſat ſe
fallacit̃ excuſat. Ergo reqre a teip
ſo in aīo tuo q̃ es q̃ accuſare velis.
vtrū de ſimili dicto vel facto vale
as reprehendi. Quia dicitur ad ro
ma. ij. Inexcuſabilis es homo oīs
q̃ iudicas in quo eni iudicas alteꝝ
teipm ↄdēnas. eadē eni agis q̃ iudi
cas. Qui ergo aliū doces nō teipm
doces. Qui p̄dicas nō furādū fura
ris. Qui dicis non mechādum me
charis Vñ catho Que culpare ſo
les ea tu ne feceris ipſe. Turpe eſt
doctori cū culpa redarguit ipſum.
Cū quidā tirānus iudicaret q̃ndā
latronē ſuſpendi: q̃dā phūs q̃ ade
rat hoc videns riſit. Qui cū interro
garet a tyrāno. cur rideret. Rñdit
q2 magni latrones iudicāt mino
res. Aug9. de ciuitate dei. li. ca. iiij.
introducit exemplū de alexandro
et diomide pirata Qui cū eſſet ↄpre
heſus inquiſitus ab alexādro cur
mare infeſtaret. Rñdit. libera con
tumacia. Qđ tibi vt orbem terraꝝ.
Sed q2 id facio exiguo nauigio la
tro vocor. q2 tu facis magna claſſe
impator diceris. Si ſolus capt9 fu
iſſet alexādˀ de latro eēt. Si ad nutū
diomidis ꝓpli famulent̃ erit diomi
des impator. me fortune iniq̃tas.
te faſt9 intolerabil̃ ⁊ inexplebilis
auaritia furē facit. Si fortuna mu
taret̃ fierē forte melioꝛ. ac tu q̃ for
tunatioꝛ neq̃oꝛ eris Miratus alexā
der de pirate ↄſtātia dixit. Experiar
inq̃t an futurus ſis melioꝛ. Fortu
nā tuā mutabo vt nō ei āmō q2 de
liq̃ris ſed tuis poti9 moribus aſcri

batur. ⁊ eū cōſcribi fecit militie vt
poſſet ex inde ſaluis legib9 militare

## De pica et agaziis dialogus. lxxx.

Pica eſt auis calli
diſſima vt dicit plinius al
ba ⁊ nigra varietate diſtincta Hec
apud quendā venatorē ⁊ huma
ne et latine loq̃batur. ꝓpter quod
venatoꝛ ⁊ ipſā plenarie fulciebat
Pica āt nō immemoꝛ beneficij volēs
remunerarē cū volauit ad agazias
⁊ cū eis familiarit̃ ſedebat ⁊ huma
ne ſermotionabatur. Agazie q3 in
hoc plurimū letabant̃ cupiētes et
ipſe garrire humaneq3 loq̃. Vnde
vnanimiter clamauerūt picā ad
ſe eiq3 dixerūt Volum9 ⁊ te obnixe
p̄camur vt doceas nos loqui vt tu
loq̃ris. ⁊ preciū tibi ad libitū con
ſtituemus. Quib9 pica. Nō poſſum
vobis rñdere plenarie niſi locuta
fuero cū doctore meo q̃ me docuit.
Verūtamen ſi cōuolarē mecū cupi
tis vos recipiet ipſe curialitera do
cebit vt docta ſū ego. Agazie aūt
credule facte cū pica cōuolauerūt.
Dū aūt ad domū pica repatriaret
hec oīa reſerauit dño ſuo ⁊ ait. va
de ac prera rethia tua ⁊ cū agazi
is in rethib9 euolabo ego Agazie
vero audiebāt verba nec intellige
bāt ea ꝓpter nihil titubantes ala
criter pgebant. Interea venatoꝛ re
thia ſua tendit ⁊ pica ad agazias
reuerſa ē dicens. Nihil ſorores du

biteris ꝗ mecū ſecure cōuolato q̄a
pacifice locuta ſū cū doctore meo
qui nos gaudēter recipiet Et cū in
rethibus oēs ſe miſiſſent·venator
rethia ſup ipſas reuoluit eoſq̄ ce
pit·vendidit·ſeq̄ ditauit dicens

Quoꝝ dicta nō captamus fidē
illis nūꝙ̄ damus·Ita et nos caue
re debemus fidē dare verbis eoꝝ q̄
nobiſcū ſophiſtice ⁊ ingenioſe lo
quūtur·Quia dicit ꝓuerbio·xxix·
Homo qui blandis fictiſq̄ ſermo
nib⁹ loq̄tur amico ſuo·rethe expā
dit pedibus eius·Ideoq̄·malus ho
mo qui blande loq̄tur innocenti la
queus eſt·Vnde quidam leccator
videns ruſticū portantem agnum
ad forū venalem dixit ſocijs ſuis·
Vultis habere agnū quē portat
ruſticus ille·At illi·volum⁹ Et ipē
diſpoſuit ſocios p diuerſa loca ad
que ruſticus erat venturus·dicēs
ꝙ quilibet illoꝝ q̄reret a ruſtico ſi
vellet canem illū vendere·Et cū pri
mus quereret reſpondit ruſtic⁹ ꝙ
non erat canis ſed agnus·Sed cū
queſiſſent alij ſimiliter ad vltimū
credidit ruſticus de agno ꝙ eſſet
canis·Sic eni nōnulli credunt om
nia q̄ ſibi dicūtur ꝙ eſt maximum
periculū ꝓpter quod dicitur eccle·
xix·Non credas omni verbo ſed in
omni facto intuendū eſt de poſſibi
litate ⁊ de fine·Prout in fabula q̄
dam refertur ꝙ mures fecerūt cō
ſiliū vt facerent campanam et po
nerent eam ad collū catti vt quan
do iret cattus audirent campanā
mures ⁊ abſconderent ſe affuit eti
am inter eos vnus alijs ſapiētior
qui dixit·Eſto ꝙ cāpana ſit facta·
Quis veſtrum ponet eam ad collū
eius·Et cū non inueniretur q̄s vel
let eā ponere ad collū catti deſtite
rūt ab inceptis·

## De miluo q̄ decepit pullos cuiuſdā cornicis dialogus·lxxxi

Miluus vt dicit iſi
do·eſt auis ꝓpe magnitudi
nē aquile vngues pedes ⁊ roſtruȝ
ad modū accipitris habet ſed cur
uas ⁊ nō rectas·ſic accipiter alas
habet:mollis tn̄ viribus ⁊ volatu
rapaciſſima pullis domeſticis inſi
diatur·Circa macella excubat et
cadauera·Plini⁹ Miluus audax
eſt in puis timidus in magnis·a
niſo fugatur ꝙ̄uis in duplo ma
ior ſit illo·Hic ꝙ rapax eſt cepit
pullos cornicis et comedit·de quo
cornix plurimū inflāmata nūꝙ̄ ei
pepcit ſed emulata ē eū pro virib⁹
Longius āt poſt·milu⁹ cōpūctus
veniā petijt rogās p ſe ⁊ nuncios
multos ſibi indulgeri·Sed cornix i
durata noluit miſereri nec veniā il
li dare dicens· Nūꝙ̄ viua tibi
parcam neq̄ mortua in archā Sic
eni multi indurati nūꝙ̄ veniā petē
ti tribuūt·Cōtra q̄s dicit ſaluator
mathei·vi·Si nō dimiſeritis hoib⁹
pctā eoꝝ nec pr̄ veſter dimittet vo
bis pctā veſtra· Aug⁹·Vnuſquiſ
q̄ talem indulgētiā accepturus
eſt a deo:qualē ⁊ ipſe dederit ꝓxi

mo ſuo· Vnde eccle· xxviij· Relinq̄
proximo tuo nocēti tibi ⁊ tūc dep̄
canti tibi pctā ſoluent· Ait eni Au
gꝰ· ꝙ non ſolū obliuiſcit̄ ſapiēs in
iuriarum imo negat ſe iniurias ſuſ
cepiſſe· ꝑut ait ſeneca· li· de cōſtan
tia ſapientiſ inq̄rens· ſapiēs pcuſ
ſus colaphis. quid faciet· Rn̄dit·
Quid fecit catho cū illi os pcuſſū
eſſet nō exaudiuit nō vindicauit. i
iuriam nō remiſit tantū ſed factū
fuiſſe ſibi negauit· Hoc eni viſum
fuit ſibi honeſtius inter alia Item
ſeneca libro· iij· de ira· de ſocrate ꝙ
cū iret p ciuitatē ⁊ eſſet colapho p
cuſſus nihil amplius dixiſſe fert̄
q̄ ꝙ moleſtū eſſet ꝙ neſcirent ho
mines qn̄ cū galea vel ſine galea
prodire deberent· Itē eodem libro
narratur de diogene philoſopho
ꝙ cū queſtionaret̄ de cauſa cū len
tulo et lentulus cōmotus cōtracta
pingui ſaliua inſpuiſſet in frontē
Abſterſitq̄ mediā quantū potuit
ille faciem dicēs· Affirmabo inq̄t
oībus o lentule falli eos qui te ne
gāt os habere· Refert ſeneca ꝙ ſo
crates habuit duas vxores nimiſ
zelotipas ⁊ contentioſas· adeo ꝙ
quadā die in ipm̄ impetū faciētes
ad terrā eū deiecerūt Alia aūt vice
cū illarꝫ vna in eū multa intuliſſet
tonitrua cōminationū ille diſſimu
lans abijt ⁊ iuxta murū domus ſe
dere cepit· Illa vero vrinā ⁊ imun
diciā ſup caput eius fudit· Sed ſo
crates nihil ex hoc aſperatuſ cepit
tergere caput dicēs· ſciebā ꝙ poſt
tonitrua pluuia ſeq̄retur· Cum āt
ami ci conſulerent ei vt eas expelle
ret reſpondit· diſco qualis ſim i fo
ro Hoc ē· diſco in domo patientiā
vt ipſam i foro exhibeā· Cū quidā
quereret a theodoſio piiſſimo im
patore quō ſic proprias iniurias
ſuſtinebat et ſe ledentes audiebat
nec occidebat Ait· Hoc facimꝰ vt
ad vitam poſſimus mortuos reuo
care Id eſt impios ad virtutes ꝙ
non eſt magnū occidere viuentes
Hoc eni agere poſſunt etiā immū
da ⁊ iīmica animalia vt ſerpentes
aranee ⁊ ſimilia· Sed magnū eſt
et ſoli deo poſſibile mortuos reſuſ
citare·

## De bubone q̄ voluit habere dominiū aui rū dialogus· lxxxij·

Bubo a ſono vocis
nomē habet vt dicit iſidꝰ·
Eſt āt auis feralis onuſta plumiſ
ſꝫ graui ſp detēta pigritia debiliſ ē
ad volandū· Ait etiā quidā· bubo
bibit oua columbe· mures venatur· i
eccleſijs habitans oleū de lampa
dibus bibit ⁊ tn̄ defedat eā ſterco
ribus· Qn̄ impugnatur ab alijs a
uibus que in luce habitant reſupi
na pedū vnguibus ſe defendit· de
nocte euagatur ⁊ circūuolat de die
vero in murorum rimulis ſe abſcō
dit· Hac aue capiūtur cetere volu
cres que circūuolantes eū depl̄u
māt eo ꝙ omnes ſibi inimicantur
Et ꝓpter hoc aucupes cum eo dep̄
hendūt alias aues· Plinius dicit

ꝙ a cauda de ouo exit qm̄ pondere
capitis partē corpoꝝ mater fouen
dā applicat. Eſt igitur auis noctur
na et turpiſſima īter ceteras aues
deſpecta vnde extat verſus Turpis
auis bubo turpiſſima beſtia bufo
Cum aues oēs cōuentum celebra
rent et poſt cenam oēs pacifice cō
quieſcerent nihil titubantes. ecce
bubo ſe exaltauit dicēs. Sum ego
ꝙ̄ plurimū inter volucres ſuppedi
tatus nec magnificatus vt nobili
tas mea reꝗ̄rit ſed me volo nūc ſu̇b
limare. Volo enī cū amicis cōſan
guineis inter aues ſalire omneſqꝫ
magnas trucidaē vt p⁹ princeps
et dux alitū exiſtā Quapꝓter ad ſe
clamauit porphirionē ⁊ nycticora
cem veſpitilionem ⁊ zuetam necnō
et omnes nocturnales aues. ⁊ cū
ipſis īter alites manu armata ag
greditur volens magnas pimere
⁊ dominium ciuitatis vſurpare A
ues āt ex ſomno excitate intuētes
proditores ad arma cucurrerunt
eoſqꝫ ceperūt ⁊ ad aquilaꝫ vinctos
pduxerūt vt iudiciū de ipſis ꝓpa
laret. Aquila vero hoc audiēs ſen
tentiā contra proditores protulit
ꝙ ſtatim p ciuitatē traherentur et
in patibulo poſt ſuſpenderent nec
non ⁊ omne genus bubonis ſic in
perpetuū pſecutioni datum ⁊ infe
ſtum ⁊ ab auibus ē deuitatū. Hec
eſt enī cauſa ſcd̄m fabulas ꝓ qua
bubonem aues pſequūtur ⁊ ſibi
lant. vnde in die nō audet inter vo
lucres apparere. ſed de nocte volās
cibum ſibi ꝗ̄rit dicens. Male le
uat ſe qui cadit perit et ꝗ̄ falſe tra
dit Sic enim nōnullis ciuitatibus

p malos ⁊ ſupbos procuratur p
optant enī magnates extinguere
vt dn̄iū ciuitatis poſſideant Caue
ant ergo tales ne ſimili pene ſubij
ciantur. Dicitur enī eccle. vij. Noli
facere mala ⁊ non te apprehendet
ne pecces in multitudine ciuitatis
nec immittas te in populū. Et in ꝓ
uerbioꝝ. xxiiij Qui cogitat mala fa
cere ſtultus vocabitur. ſed qui am
bulat ſimpliciter ambulat ꝯfiden
ter. Magni enim debent cōtenti eē
de magnitudine ſua non vſurpaē
dominiū violenter quia omnis po
tentatus breuis vita dicitur eccle.
x. Et qui non intelligit hanc breui
tatem poſtea intelliget penalitatē
Sapien. v. Quid nobis profuit ſu
perbia. aut diuitiarum iactantia
quid contulit nobis. Tranſierunt
omnia ſicut vmbra Narrat vale
rius li. viij. ꝙ cum alexāder audiſ
ſet ab anaxarcho comite ſuo ex au
toritate democriti ſui preceptoris
precipui innumerabiles eſſe mun
dos. Heu me inquit miſerum qui
nec vno adhuc potitus ſum. Et ta
men poſt modicum ſepulcrū eius
fuit quinqꝫ pedum. Egregie enim
ait verſificator ille Vir bone quid
curas res viles res perituras. Nil
profuturas ſed vermibus eſca fu
turas. Nemo diu manſit in culmi
ne ſed cito tranſit. Eſt breuis atqꝫ
leuis in mundo gloria queuis. Ideo
refert quintus curtius ꝙ quidam
ait alexandro vide ne dum ad ca
cumen perueneris quo tendis in
ipſis ramis quos apprehēderis de
cides. Soldanus quidam īter om
nes nobiliſſimus rex agarenorum

poſtq̄ preſciuit ſe moriturꝝ accipi
fecit pannū ſudarij ⁊ ſup lanceaꝫ
poni quaſi vexillum ac p vrbem p̄
conizari ꝙ de toto regno ſuo et de
vniuerſis diuicijs ⁊ theſauris ni
ſi pannum iſtum ſudarij ſecuꝫ in
morte aſportaret·

## De auibꝯ terrenis et aquoſis dial'·lxxxiiii·

Aues terrene intu
entes volucres que ſunt a
quoſe: in aquis ⁊ terris comedere
pturbate ſimul cōuenerūt dicētes
Supplantate enī ſumus ⁊ ſpoliate
ꝙ alites iſte aquoſe ſaturātur in
aquis· ⁊ poſtq̄ igurgitate ſūt aſcē
dunt ad ſolū ⁊ ptes noſtras deuo
rant ⁊ tollūt· Et citauerūt ante ſe
dicētes· denudate eniꝫ q̄ plurimū
ſumus a vobis vos ad libitum in
aquis comeditis nec ſuffi cit vobiſ
Sed poſtq̄ implete eſtis in terraꝫ
aſcenditis ⁊ eſcas noſtras degluti
re peroptatis · Cauete vobis dein
ceps ne talia procurentur· alioq̄n
vos omnes pforabimus· Quibuſ
ille· Male loquimini ſorores ſꝫ ob
nixe obſecramus vt dignemini de
eſcis noſtris epulari nobiſcū quo
niā corda noſtra letificabūtur· Ali
tes autem terrene ꝓpter guloſita
tem eſcas aquarū concupiſcentes
hoc audientes cum ipſis in aquis
cōuolarunt· Sed ꝙ natare ignora
bant a fluctibus ⁊ vndis pericli ta
bantur· vnde clamabāt ſibi miſe

reri· Aquoſe vero pietate cōmote
non reddentes malum pro malo
natando eas ad ſolum pduxerūt·
quaꝓpter licentiate ab ipſis in a
quis ⁊ in terris ad libitū paſcunt
dicentes· Sobrij plus durāt q̄
guloſi· pij q̄ inuidioſi· Sic enī mł
ti guloſe intuentes alios comede
re contriſtantur putantes ſibi ne
ceſſaria deficere· ſed deus fecit hūc
mundū et omnia que in eo ſunt·
Dicitur actu·xvij· ꝙ ipſe eſt q̄ dat
omnibus vitam ⁊ inſpirationem
et omnia et pro tanto dicit criſoſ·
Carnalia beneficia preſtat deꝰ di
gnis ⁊ indignis ergo contenti eē
debemus de quo largitur deꝰ · Sed
ſicut dicit Bernardus· auis rapa
ciſſima cōtenta eſt aere· lupus ter
ra lucius aqua ſed homo raptor
terram aquam aerem ⁊ celū ſi poſ
ſet ſuis nutrimentis ſpoliaret· Nō
enim tales erāt antiqui principes
ſed cōtinentia gule vigebat ī eis·
prout ait vegecius de re militari li
bro·x· vbi loquitur de continentia
principū· De alexandro dicitur ꝙ
in itinere ambulans cū antiquis
accepto pane veſci ſolitꝰ erat· Idē
legitur de ſcipione emiliano Vnde
et catho legitur fuiſſe contentus vi
no quo remiges ſiue ſerui nauigā
tes potabantur· Et de hanibale le
gitur ꝙ ante noctem nō requieſce
bat ⁊ de nocte ſurgere ſolitus erat
et in crepuſculo ad cenā vacabat
Ibidem etiā narrat de continentia
admirabilis exercitus ſub marco
ſatiro ꝙ cum eſſet arbor pomifera
ipſa de caſtrorꝝ hoībuſ poſtera die
intactis fructibus eſt relicta· Legi

tilr in geſtis romanoꝝ ꝙ auguſtꝰ
ceſar minimí cibi erat panem et
piſciculos minutos et caſeū bubu
linū manu preſſum ⁊ ficus virides
appetebat. veſcebaturqꝫ quocūqꝫ
loco ⁊ tēpore quod ſtomachus de
ſideraſſet. Et non ſolum cōtinentia
gule vigebat in viris ſed etiaꝫ in
feminis ſolita fuit ne ī aliquod de
decus ꝑlaberentur. ꝙ vicina fuit
ſibi vēter ⁊ genitalia. dicit Augu
ſtinus. venter mero eſtuans cito
deſpumat in libidinem

## De ruſtico ⁊ apibus dialogus. lxxxiiii.

Ruſticꝰ quidā mul
tas apes in alueario nutrie
bat de q̄bus multa lucrabatur. ta
men qn̄qꝫ de aculeis apum accipie
bat: cū fauos mellis exportabat.
Quadā autē vice aculeatus doluit
ꝓpter quod indignatus apibꝰ mi
nari cepit dicēs. promitto deo ⁊ vo
bis ꝙ ſi me plus pupugeritis p̄
cipitabo vos ⁊ ꝓpulſabo. Cui apes
Tu bn̄ vis colligere ruſtice de dul
core ſed ſētire nō vis de dolore. fer
in pace amariora ſi tu cupis dulci
ora. alioquin te relinquemus nec
de nobis lucratus eris. Ruſticus
autē veniēs dum fauū mellis colli
geret quedam apis ipſum aculea
uit pro quo furibūdus effectus cū
cta aluearia apū deiecit ⁊ deuaſta
uit. Apes vero ſcandalizate ipſum
ꝙ cito relinquētes ab eo lo co receſ
ſerūt. Ruſticus āt in paupertate col
liſus qui in delicijs viuere ſolebat
vtilitatē apū cognoſcēs ſtatū pri
ſtinū lugebat dicēs. Debet du
ra ſuſtinere qui de dulci vult habe
re. Sed multi ſunt hodie tales qui
pie volunt viuere. gaudere cū ſecu
lo ⁊ regnare cum xp̄o. multi enim
in delicijs querūt xp̄m. Sed vt di
cit Job. xxiij. Non inuenitur in ter
ra ſuauiter viuentium. Eaꝓpter di
cit Hieronimus. Qui eniꝫ voluerit
viu ere ſecūdū euangeliū tota ſua
vita erit martiriū. Dn̄s enim non
eiecit hominē de paradiſo vt hic ſibi
aliā cōſtituat paradiſum. dicit Ber.
Vnde in vitaſpatrū quidā frater
interrogauit abbatē achillem di
cens Cur ſedens in cella patior ac
cidiam. Cui ille ꝙ nunq̄ vidiſti re
quiem quā ſperamus ⁊ tormēta q̄
timemus. Si enī inſpiceres dilig
ter. etiā ſi vermibus eſſꝫ plena cel
la tua vſqꝫ ad collū in ipſis ꝑma
neres volūtarie ſine accidia. In vi
taſpatrū fratres rogabant ſenem
ſanctū vt quieſceret a graui labo
re. Quibꝰ reſpondit. Credite mihi
o filij ꝙ abrahā penitebit cū vide
bit magna ⁊ p̄clara dei dona ꝙ ā
plius non fuerit decertatꝰ. Itē qui
dā dixerūt ad q̄ndā magnū. quō
contentus es hic ⁊ ſuſtines tm̄ la
borē. Qui rn̄dit. totū tp̄s mei labo
ris quē hic ſuſtineo nō ē idoneum
cōparari ad vnā diem tormentoꝝ q̄
peccatoribus in futuro ſunt preparata

## De leone q̄ pugnauit cū aquila dial. lxxxv

Leo rex ferarum a
crıter cū aquila regē auiū
dimicabat habens ſecū cūcta aı̄
malia ſuper humū caſtrametatus
ſtabat. Aquila vero cū auibꝰ ſup
arboribus cū iaculis et ſagittiſ cū
beſtijs p̄liabatur. Grifes inde trā
ſiens ⁊ videns hoc ſibi diſplicuit
mirabiliter vnde collocauit ſe ſup
collem nec ı̄ eis cōuolauit. Leo aūt
timens ait intra ſe. ſi hic erit ꝯtra
me victus ero. Aquila ſimiliter co
gitans ait. hic caudam habet ⁊ pe
des vt animal. credo ꝙ ſi cū beſtijs
ſteterit cōtra me. non durabo. Ea
ꝓpter nuncios ei direxit vterqꝫ vt
quis eſſet ⁊ quare illic ſederet dilu
cidaret. Quibus grifes auis ſum ⁊
animal ſed non hō neqꝫ b. Hic aūt
ſedeo ꝓpter pacē ⁊ amorem ⁊ nō
partialitatem amo nec rumorem.
Cum autem hoc dixiſſet eſt ab oı̄
bus gracioſe receptus. Grifes aūt
ſpaciabatur ad libitū cum beſtijs
et auibus ꝓpter quod nullꝰ de eo
ſuſpicabatur. Inter hoc grifes de
pace tractare cepit ⁊ qꝛ ſuſpectus
non erat ꝑtes libere in ipſum com
promiſerūt. Ipſe vero ſententiam
dictauit ꝙ omnes de campo ꝙ̄ citi
us ſe mouerent ⁊ ampliꝰ nō in pu
gna ſed in pace manerent dicens

Qui vult pacem poſſidere debet
ꝑtem non tenere. Sic ꝗlibet perpe
trare debet inter diſcordātes vt ſit
filius illius qui dicit Mathei. v.
Beati pacifici id eſt pacē patran
tes inter diſcordantes quoniā filij
dei vocabūtur Et eſaie. lij. Quoniaꝫ
ſpecioſi pedes annūciantes pacem
Sic ⁊ pedes portantiū diſcordiam
et ſcandalū malediciūtur dicente.
Eccle. xxviij. Suſurro ⁊ bilinguis
maledictus eſt. multos eni turba
uit pacē habētes. Legitur in vitaſ
patrū ꝙ cū lis eſſet inter vnū gen
tilem ⁊ vnū chriſtianū conuenirent
ſimul armati cū parentibꝰ ⁊ ami
cis parati ad pugnā. Beatꝰ appol
lonius rogauit eos de pace. Vnꝰ
tn̄ qui diſcordie et diſſenſionis ca
put erat vir truculentus ⁊ malig
nus impediebat pacē dicēs ꝙ vſ
ad mortē ſuā nō fieret pax. Tūc di
xit vir ſanctus. fiat vt dicis Nullꝰ
enī preter te hodie perimetur ſꝫ cō
gruū honori tuo ſepulcrū tibi fiet
in ventrem beſtiaꝝ ⁊ volucrū. QꝪ
ita factum eſt. nā ſtatim fuit in pu
gna necatus qui ſabulo cōculcatꝰ
ꝑmanens. In mane vero parentes
veniētes vt tollerent ac ſepelirent
inuenerūt eū a vulturibuſ deuora
tum et beſtijs effoſſum

## De leone qͥ vxorauit duos catulos ſuos dialogꝰ. lxxxvi.

Leo duoſ vxorauit
catulos filios ſuos ⁊ ꝓ quo
libet dedit ſiluā magnā in dotem:
ſꝫ anteꝙ̄ diuideret eos ſe de tribus
ipōs monuit dicēs. Filioli hec tria
cuſtodite ⁊ bn̄ erit vobis ꝓmo pa
cē cū veſtris habeatis Secundo ſil
uā quam vobis do cuſtodiatis vt
aīalia multiplicent. Tertio cū ho
mine nunꝙ̄ pugnetis. Nec maior

cuſtodiens in bonis creſcebat· mi
noꝛ āt ſuos pturbare cepit· nec in
domo pacē habebat ꝓpter quod i
ſiluā cū furore intrabat cunctaqꝫ
animalia perimebat· Vn̄ breuiter
ſiluā ſpoliauit· Quadam vero die
fratrem ſuū viſitauit et intuēs eū
i bonis ſuccreſcere ait· Infelix ego
in penuria viuo ⁊ pturbatione· tu
vero exultas in delicijs ⁊ pace Cui
maioꝛ· Iuſſa patris nō cuſtodiſti
idcirco hec mala ſup te venerunt
ſed veni mecū in ſilua ⁊ vide qua
liter bona paterna cōſeruaui· Cū
aūt ſimul pergerent ecce quidā ve
natoꝛ apparuit qui laqueos tende
bat vt ibi de aīalibus caperet Cui
minoꝛ· Nō cernis homūculum illū
qui deſtruere te ꝓoptat· Et maioꝛ·
Neſcis ꝙ preceptū habemus a ge
nitore vt cū homine nō pugnemꝰ
Cui minoꝛ· Miſer vis tu ꝓpter ver
ba fabuloſa nobilitatē ꝑdere leo
ninam· Ego ipſum dilacerabo Cū
autē ad hoīem cucurriſſet ⁊ laqꝫos
non aduertens cecidit in rethia ⁊
illaqueatus ē· Maioꝛ aūt redijt di
cens· Iuſſa patris q̄ conſeruat
tutū ſemp ſe reſeruat· Idcirco ptꝫ
manifeſte ꝙ tutū eſt iuſſa paren
tū cuſtodire ⁊ ſecūdū ꝙ iuſtū eſt
obedire· Ad colloſenſes· iij· Filioli
obedite parentibus veſtris in dn̄o
hoc enim iuſtum eſt· Fabulat̄ eni
ꝙ quidā leo pre ſenio iacebat i cu
bili· ſed catulus eius fortiſſimꝰ ve
nit ad eū· Cui pater· Gaude fili ꝙ
cūcta animalia te timent· vnū tan
tū tibi dico ne pugnes cū homine
ꝙ fortiſſimus eſt omniū· Tētatꝰ
catulus querebat hominē· Vnde

reperit boues duos binatos ſub
iugo eoſqꝫ iterrogauit dicēs· Eſtis
homines· Qui dixerūt non· ſꝫ ſumꝰ
ab homine ſubiugati· Catulus ve
ro magis tentatus inuenit ſonipe
dem ferratūm cum ferro et ſella ei
qꝫ dixit· Es tu homo quem quero·
Qui reſpondit Non· ſed ab ipſo ſu
faleratus· Admirans autem leo
proceſſit et inuenit ruſticum ſcin
dentem lignum· Cui dixit prepara
te cito quia tecum preliari volo·
Cui homo· Scindamus hoc lignuꝫ
prius· poſtea preliaturi erimus·
Et hoc dicens cum ſecuri ſciſſuram
magnam fecit in ligno ⁊ docuit le
onem ponere griſes in ſciſſura vt
celerius ſcinderetur· Qui cum poſu
iſſet· extraxit ruſticus ſecurim de li
gno et griſes leonis incluſit cla
mantis auxilium vicinorum· Ad
clamorem cuius oēs de villa exie
runt cum gladijs ⁊ fuſtibus vt le
onem interficerent· Leo autem vi
dens ſe in arto poſitum griſes in
ſciſſura ligni relinquēs vix euaſit
et cruentantibus pedibus cum cō
fuſione reuerſus eſt ad patrem cō
firmans eius conſilium per experi
entiam·

## De griſe tyranno dialogus· lxxxvii·

Griſes vt dicit iſi·
ethi· xij· eſt ales pennatus
⁊ quadrupes· Hoc genus ferarūꝫ
oꝛtū habuit i iperboreis mōtibꝰ ⁊ i
ſichia aſiathica· capite ⁊ aliſ aq̄le

ſimilis: ⁊ reliquo corpore ſimilis le
oni· equis ⁊ hominibus maxime ē
infeſtus in nido ſuo ponit lapidez
ſmaragdum contra venenoſa aia
lia montis· Item viuos homines
diſcerpit· Hic accepit quādā pro
uintiā ad regendū ſed ꝓpter ſuaz
tyrannidē ⁊ auaritiā tria precepit
primū ꝙ nullus ad vendendū vel
compandū reciperetur· Secūdo ꝙ
nullus ab alijs ptibus ad ſuas ve
niret Tertio ꝙ nullꝰ de ſuis ad ali
as trāſiret· Hec tria cuſtodiēs in
delicijs viuebat ꝓpter quod mul
ta colligebat ⁊ ex his nulli aliqd
mittebat· Sed iudicio dei quodā
tēpore fulgura ⁊ tēpeſtates totaz
prouintiā illam deuaſtauerūt· Ci
ues autē ad grifem cucurrerūt vo
ciferantes· exeamus ne fame pere
amus· Ipſe vero legatos tranſmi
ſit ad vicinas nationes vt de bo
nis ſuis vendant et preciū ad ſibi
tum accipiāt· Quibus rn̄derūt· Tu
nunꝙ de tuis bonis nobis vendi
diſti nec mō tibi aliqd vēdemꝰ Ite
rum āt alios nūcios direxit vt ſecu
re ad vendendum trāſirent· Cui il
li· Tu nunꝙ nos recipere voluiſti
nec modo nos recipies· Denuo mi
ſit eis vt ſe cū ſuis recipere vellent
nec eos in calamitate relinqre· Et
illi· Tu nunꝙ aduenisti idcirco te
non recipiemus· ⁊ ſi veneris te pro
ijciemus· Sic enī derelictꝰ ab oībꝰ
miſerabiliter cū ſuis interijt dicēs·

Qui non ſeruit ei nō ſeruiet nec i
malis ſubuenitur· Ergo bonū eſt
eſſe curialez ⁊ recipe forenſes ⁊ ho
ſpites ⁊ cū alijs negociari de ſuoqꝫ
alijs tribuere ⁊ etiam cōmunicare

Ait enim ſaluator mathei· vij· Om
nia ergo quecūqꝫ vultis ⁊ faciant
vobis homines ⁊ vos facite illis·
Hec lex et prophete Et baſilius· ta
lis eſto alijs quales et peroptas
circa te eſſe alios· Legitur ꝙ dum
alexander per quandam viam per
geret et ipſe cum ſuo exercitu fere
ſiti deficerēt· quidam pro magno
munere ciphum aque ſibi dedit
quem ille protinus effundi mādа
uit· Noluit enim ſolus bibere poſt
ꝙ ſuis militibus illud nō poterat
cōmunicare· Econtra dicit auarus
ecclesiaſti· vndecimo· Inueni requi
em mihi et manducabo de bonis
meis ſolus· Tales enim auari nō
ſunt preficiendi· Vnde antiquitus
ſectantes auaritiam non preficie
bantur reipublice: prout narrat
valerius libro ſexto· ꝙ duo conſu
les dum hiſpaniam mitti deberēt
et de ipſis conſilium haberetur ſci
pio dixit· Neuter mihi placet· qa
alter nil habet alteri nihil ſatis ē·
eque malam in malignantibus
iudicans inopiam et auaritiam·
Vnde refert idem valerius ꝙ
tiberius ceſar iudices prouincia
rum raro mutabat ex eo ꝙ noui q
ibant intenti erant ad recipiendū
Exemplum de quodam vulnerato
quē cum muſcaruz multitudo ope
ruiſſet et quidā eas abegiſſet Ait·
male feciſti· Plene erant iſte et fa
melice venient alie ⁊ amplius me
affligent· Iudices enim ſemper
quādo ſunt pauperes vel auari ad
rapiendum ſunt auidi· Legitur in
fabulis poetarum ꝙ qdam rex pe
tijt ab appolline vt quicqd tāgēt

aurum fieret ⁊ cõcaſſum eſt ei· Cũ
ergo cibũ vel potũ manibus vel la
bijs tangeret vt in os mittere vo
lebat in aurũ· Sic etiã habũdãtia
diuitiarũ facit auarũ famelicũ ⁊ ip
ſum trahit ad interitũ· Legitur in
cronicis ꝙ taris regina cũ cepiſſ;
regẽ perſarũ caput eius ãputari fe
cit ⁊ in vtrem plenũ ſanguine im
merſit dicens· ſanguinẽ ſitiſti ſan
guinẽ bibe· Sic auaris tirãnis ĩ fu
turo cõtinget qui ſanguinẽ paupe
rũ ſitierũt id ẽ lucrũ eorũ ⁊ labores
Auari in inferno bibent aurũ liq̃
factũ· Vnde refert q̃dã pħs ꝙ ne
ro impator viſus eſt in auro liq̃fa
cto ſe apud inferos balneare ⁊ cũ
vidiſſet cuneũ aduocatorum· dixit
eis Venite venale genꝰ hoĩm ⁊ me
cũ hic balneamini ꝙ vobis ptem
optimam reſeruaui·

## De leopardo ⁊ vni cornĩ q̃ pugnabãt cũ dracõe diał· lxxxviij·

Leopardꝰ vt ſoli
nus dicit animal eſt gene
ratũ ex leone ⁊ pardo· Horũ femie
ſunt audaciores ⁊ fortiores mari
bus Pliniꝰ Aliquis volens reſiſte
re leopardis ſurẽtibus fricet allia
iter manꝰ nec mora leopardꝰ reſi
liet nec reſiſtet ꝙ odorẽ allij ſuſtie
re nõ poteſt· Leopdus ſubruſũ co
lorẽ habet maculas p totũ nigras
Multo minores ſunt q̃ leones: leo
pardus qñ comedit aliquod vene
nũ· ſtercus hoĩs q̃rit quod come
dit ⁊ ſanat Ambroſius· He beſtie
ſunt crudeliſſime naturaliter ita ꝙ
ſic domeſticari nõ pñt vt obliuiſ
cantur crudelitatis ſue· Domeſticã
tur tñ ad venandũ Igit dũ ad pre
dã in venacõne ducitur relaxãtur
quã ſi quarto aut q̃nto ſaltu non
põt cape· ſubſiſtit iratus fortiter ⁊
niſi ſtatĩ venator furenti beſtie ali
quã beſtiã offerat cuiꝰ ſãguĩe pla
cet irruit in venatorẽ vel quoſcũq;
obuios ꝙ impoſſibile ẽ placari eũ
niſi in ſãguine· Hic pugnabat cũ
dracone ſed nõ preualebat ꝑpter
quod ad vnicornẽ precepit ⁊ humi
liter ipſũ obſecrauit dicẽs· Eminẽs
es ac vtuoſus ⁊ doctꝰ belli peto ob
nixe ꝙ me defẽdas a furore draco
nis· Vnicornis at ſe ſublimare ce
pit· ⁊ audiens de ſe talia dici ait·
Verũ dicis ꝙ doctꝰ ſũ prelij ꝑpterea
optime defẽſabo te· noli pauẽ· Cũ
enĩ aperiet draco os ſuũ in gutture
ipm cornu pforabo Cũ ãt ad dra
conẽ piter veniſſent leopdus bel
lũ inciauit ſperãs de auxilio vnicor
nis· Draco vo certauit aduerſus e
os ⁊ ignẽ ⁊ fetorẽ ex ore emittebat
ſꝫ cũ os apiret vnicornis q̃ citius
cucurrit volẽs ipſũ in gutture trãſ
uibrare· Draco vo agitauit caput·
⁊ vnicornis cornu in terrã fixit di
cẽs moriẽdo Qui ꝑ alio vult pu
gnare cupit ſe trucidare· Sic enim
ſtultum eſt de ſe cõfidere ac de quo
ſibi nõ pertinet agonizare· Vñ ec
cle· xi· de ea re que te non moleſtat
ne certaueris· Ergo require in ani
mo tuo a teipſo quis es: quid facẽ

vi̅s· vtru̅ factu̅ illud ad te ptineat
Ad minus ad aliu̅ te immiſcere no̅
debes· Noli pro alio pugnare nec
inter diſcordantes diſcordiam au
gere· Sed fac vt dicit ſeneca· ſemp
diſſenſio ab alio incipiat· ⁊ te reco̅
ſiliatio· Quidam bellantes aggreſ
ſi ſunt inimicum· ſed alius quida̅
cucurrit volens ipſum defendere ⁊
armauit ſe verſus inimicos illius
Illi aute̅ dixeru̅t· Amice tibi iniuri
am non facimus· tolle quod tuum
eſt ⁊ vade quonia̅ de inimico nr̅o
vindicta̅ querimus· Qui no̅ adqui
eſcens ſermonibus eoꝝ ad belluꝫ
contra eos ſe parauit· Illi aute̅ in
dignati cu̅ inimico ipſum mutila
uerunt·

## De elepha̅te q̅ genua no̅ flectit dial'· lxxxix·

Elephas vt brito
dicit dicit̄ ab elephio gre
ce quod mons latine dicitur ꝓpter
magnitudinem corpis· Hoc genꝰ
anima̅tis in rebus bellicijs aptu̅
eſt· In his animalibꝰ perſi ⁊ me
di ligneis turribus collocatis tan
q̅ de muro iaculis dimicant· Intel
lectu ⁊ memoria nulla vigent gre
gatim incedu̅t motu quo valeant
murem fugiunt· Bie̅nio portant fe
tus nec amplius q̅ ſemel gignu̅t
nec plures ſed tantu̅ vnu̅ gignu̅t·
viuu̅t ad tricentos a̅nos vt dicit
iſi· ethi· xij· Narrat ſcriptura q̅ con
tinet veteru̅ hyſtorias ꝙ elephas
hoc modo capitur· Due puelle vir
gines vberibus ⁊ ſuperiori parte
corpis nudate pgu̅t vbi habitant
elephantes· vna eaꝝ vrna̅ altera
gladiu̅ ferens· q̄bus alta voce can
tantibꝰ audit elephas ⁊ accurrit
ꝓpe· Qui mox naturali inſtinctu v
ginee carnis innocentia̅ recogno
ſcens in eis caſtimonia̅ veneratur·
lambenſq̧ eaꝝ pectus et vbera et
delectatus mirifice reſoluitur in ſo
porem nec moȓ puellaꝝ puella cu̅
gladio teneru̅ pfodiens ventrem
elephantis ſanguine̅ ruentis fun
dit· Excipitq̧ i vrna puella altera
ſanguine̅ quo regalis purpura ti
gitur· Hic cum ſit inter feras noia
tiſſimus ⁊ famoſus tamen non ge
niculare poteſt ꝙ genua no̅ habꝫ
Quada̅ a̅t vice leo iens p ſiluam ⁊
feras tranſibat ⁊ oe̅s ei genua fle
ctebant velut regi feraꝝ· Elephas
non genu flexit ꝙ non potuit· Vn̄
fere quida̅ inuidioſe ad leone̅ con
uenerūt ⁊ elephante̅ infamauerūt
Leo a̅t ad elepha̅te̅ acceſſit dice̅s
Quare es tu ita durus ⁊ acerbꝰ ꝙ
genua an̄ me no̅ flectis vt cetere·
Cui elephas dn̄e p poſſe meo te
diligo ⁊ te honoro ſꝫ flectere me n̄
poſſum ꝓpter ꝙ genua no̅ habeo·
Et leo· ſi tu corde no̅ refutas excelle̅
ter me ſalutas Satis dr̄ m hon rat
poſſe ſuo qui laborat· Vn̄ accuſa
tores co̅de̅nauit ⁊ elephante̅ ſubli
mauit dice̅s· Nullus iudicatus
erit an̄q̅ probatus· Sic eni̅ atte̅de
re debent iudices· nec iudicare dn̄t
ſecu̅du̅ diffamationes ſed ſecu̅du̅
rei veritate̅· quonia̅ no̅ qui accuſa
tur ſed qui conuincitur reus e̅· dicit
iſi· Vn̄ ipſe An̄ pba ⁊ ſic iudica· p
ut refert valeriꝰ de manlio torq̅to

cuius cum eſſet filius ſuus accuſa
tus et cõuictus protulit ſententiã
deo dicens· Cum filiũ meũ cõſilia
riũ pecuniã a ſocijs accepiſſe pro
batũ mihi ſit eum reũ puniendũ
et domo mea indignũ iudico· Jdeo
qꝫ ſic adiudicatus gladio punitꝰ
eſt· Hoc enĩ debet agere iudex· non
enĩ debꝫ ꝑuertere iuſticiã propter
amorẽ vel odiũ· Quia dicit bernar·
Amor ꝛ odiũ veritatis iudiciũ ne
ſcit· Eapropter narrat valerius li
bro quinto ꝙ cũ caleucus in vrbe
ab ipſo condita que ſaluberrimis
legibus erat munita· inter alias
leges ius erat conſtitutũ ꝙ depre
henſus crimine adulterij vtroqꝫ o
culo priuaretur· At vero cũ in tali
crimine filiꝰ eius deprehẽſus eſſet cũ
tota ciuitas rogaret pro eo aliquã
diu repugnauit· ad vltimũ eſt vi
ctus precibus populi ſuo tñ prius
demũ filij oculo eruto vſum vidẽdi
vtriqꝫ reliquit debitum ſupplicij te
nuit· reddidit equitati admirabi
le tẽperamentũ ſe inter miſericordẽ
patrem ꝛ legiſlatorem ꝑtitus eſt
Jtẽ narrat de carũdio tirio qui legẽ
dederat vt ſi quis contionem intra
ret cũ ferro cõtinuo interficeretur·
Et interiecto tꝑe cum ipſe idem de
longinquo rure repetens domum
gladio cinctus proceſſit· Et cũ eẽt
monitus de legis ſolutione a quo
dam qui ꝓpe eũ ſtabat protinus
ferro diſtracto quod habebat icu
buit· Noluit culpã diſſimulare vel
errorem defendere· maluit penam
ſuſtinere ꝙ̃ legem frangere· Jtem
narrat valeriꝰ lib· vi· cũ qdã iudex
male iudicaſſet rex cambiſes pelle
eius corpe detractã ſelle iudiciarie
appoſuit ꝛ in ea ſuũ filiũ poſt eum
iudicaturũ ſedere fecit· Noua enim
pena prouidit ne quis iudex poſtea
corrũpi poſſet· Sic enĩ ꝑcipit lex di
uina deutro· xvi· Judices et magi
ſtratus cõſtitue in oĩbus portis tu
is vt iudicẽt populũ iuſto iudicio
nec in alteram partem declinent·

## De ſatiro q̃ ſibi vxo rẽ accepit dialogꝰ xx·

Satirus vt ĩ catho
licon habeť dicit ſat ſatiri
penultima correpta· Satiri ſunt ho
muntiones dicti ab vncis naribus
habentes cornua in frontibus et
caprarũ pedibus ſimiles qualem
in ſolitudine ſanctus anthonius
vidit· qui etiã interrogatus a dei
ſeruo reſpondiſſe fertur dicẽs Mor
talis ego ſum vnus ex accolis he
remi quos vario deluſa errore gẽ
tilitas faunos ſatiroſqꝫ colit· Et eſt
animal mõſtruoſum ſupra imagi
nem hominis inſignitam· deorſũ
vero formã capre habens q̃ ſecun
dum errorem gentilium deꝰ ſilua
rum eſſe denunciatur· Hic accepit
vxorem filiam ypocentauri qui
eſt homo equo mixtus potẽs ꝛ vir
tuoſus· Cum autem cum vxore cu
bare deberet prius de tribus eam
monere cepit dicens· Nunꝙ̃ men
tieris et nequaquam impreceris
nec thorum meum violare preſũ

mas· Hec tria cũ ſeruaueris paciſi
ce mecũ ꝓnoctare poteris parũ pꝰ
ſatirus eã explorare voluit ſi obedi
ens extiterit· ⁊ ait· O coniunx dic m̃
nomen parentũ tuoꝝ· Cui illa nũ
ꝙ genitores habui ego Et ſatirꝰ·
cito dolens docta mea fregiſti· At
illa ꝓpter audaciam parentũ ſati
rum blaſphemare cepit ꝓpter qđ
ipſe euꝫ repudiauit et a thoro ſuo
ſeparauit· Non poſt multũ hec im
mũda ſcortari ſe fecit a quodã azi
no· Satirus autẽ hoc ſciens cũ om
nibꝰ ſuis eam morti iudicauit tra
dendam· Ipſa vero moriens ait
Optimũ eſt obedire viris ſuis ac
ſeruire· Inobedientes plerũqꝫ ſũt
mulieres Vnde nõ eis cõpetit prin
cipatus Ait enĩ eccle· xxv · Mulier
ſi principatũ habeat cõtraria ẽ vi
ro ſuo· Idem· xxi· Melius eſt habi
tare in terra deſerta ꝙ cũ muliere
rixoſa ⁊ iracũda· Quidã ſic caſtiga
uit malam vxorẽ ⁊ inobedientem
Diſſimulauit enĩ ire ad nũdinas ⁊
dixit vxori· nullo modo digitum po
nas in foramine iſto · ſeqꝫ abſcon
dit in vicina domo· Vxor autẽ co
gitare cepit: quare inhibuit mihi
hoc· nõ obediã ei ĩ hoc· ſed magno
impetu manũ in foramẽ miſit · In
foramine vero erãt acutiſſimi cla
ui in q̃bus digiti ſui infixi ſunt vñ
pre ãguſtia clamare cepit ita ꝙ
maritus accurrit dicẽs· Quare nõ
obediſti preceptis meis· ⁊ ſic eam
correxit donec obediuit· Cũ in qua
dã naui tẽpeſtate iminente clama
tũ eſſet a nautis vt grauiora pro
ijcerent in mare quidam habens

vxorẽ ꝓpter linguã intolerabileꝫ
exhibuit eã dicens ꝙ in tota naui
non erat grauior lingua eius Vñ
ſeneca· Sicut nihil ſuperius benig
na cõiuge· ita nihil crudelius infe
ſta muliere· Et phũs vxor inquit
aut eſt perpetuale refugiũ aut ꝑ
hẽne tormentũ· Si eſt mala· tormẽ
tũ eſt· perpetuale refugiũ ſi eſt bo
na ꝙ bone vxores obediẽtes ſunt
viris ipſoſqꝫ ſup oĩa diligũt· Hie
ronimꝰ in libro ꝯtra iouinianũ ad
hoc exemplũ de tribꝰ matronis ro
manis ponit q̃ poſt amiſſum virũ
alterũ accipere noluerũt Sed haꝝ
prima dicebatur marchia catho
nis que interrogata quare ſecũdũ
nõ acciperet viꝝ· rñdit ſe non inue
nire viruꝫ qui velit eã ꝓpter ſe ſed
ꝓpter ſua ꝙuis forte turpis eẽt li
cet diues· Secũda dicebatur vale
ria que cũ interrogaretur vt ſecũ
dum virũ accipet· Rñdit ſe facere
hoc non poſſe ꝙ vir ſuus non erat
mortuꝰ ſed viuus ꝙ diu ipſa viue
ret· Tertia dicebatur ãna q̃ a pa
rentibus vrgebatur vt ſecũdum
acciperet virum eo ꝙ iuuenis et
diues erat· Reſpondit ſe hoc non
poſſe facere ꝙ bonũ habuerat vi
rum ⁊ ideo ſi ſecũdum accipet aut
ille eſſet bonꝰ aut malus · Si bonꝰ
ſemp eſſet in timore ne ipſum per
